matiuum: deliberatiuum eſt in conſilijs: iudiciale in cauſis: exclamatiuum in cõmendatiõibus. In deliberatiuo attendit̃ quid ꝓficuum: ⁊ quid nociuũ: ⁊ quid de conferentibus: vel contrarijs ſemꝑ conſiliemur. In iudiciali aũt q̄d iuſtum vel iniuſtum: eo ꝙ de talibus ordinatur eẽ. In exclamatiuo vero quid laudabile: ⁊ quid vituperabile. Iſta aũt tria negocia: vt infra patebit: accipiunt̃ ſm̃ triplex tẽpus: q̄ deliberatiuũ reſpicit futurũ. iudiciale p̄teritũ: ⁊ exclamatiuum p̄ſens. Inter hec aũt negocia deliberatiuũ ſiue concionale excellẽtius iudiciali eſt. naꝫ iudiciale per ſe ⁊ primo videtur reſpicere bonuꝫ: hmõi aũt ſi reſpiciat bonũ reipub. hoc eſt in q̄ntum bonũ cuiuſlibet ciuis redũdat in bonũ totius: ⁊ deliberatiuũ: q̄ potiſſime de bonis communibus eſt conſilium p̄ncipaliter videt̃ reſpicere bonuꝫ gentis. ❡ Intendit aũt phs talem rõnem. Sermões paſſionales potiſſime ſunt vtiles in iudicio: in concióe aũt vl' in deliberatiuo nihil aut modicum valent. ſed circa deliberatiuum principaliter intendit rhetorica tanq̄ʒ circa maius bonũ: circa iudiciale non ſic principal'r: eo ꝙ bonũ vnius non ſit tñ bonum ſicut bonũ gentis. Igitur p̄dicti phi non dabant artem q̄ntum ad ea: de quibus eſt p̄ncipaliter rhetorica. Cõtingebat ergo eos extranea dicere ꝓut non oĩno principale extraneum quodãmodo dici poteſt. ❡ Circa hãc rõnem ſic ꝓcedit: q̄ primo dicit rhetoricam eſſe methodũ circa cõcionale ⁊ iudiciale: ⁊ ꝙ concionale pulchrius ⁊ dignius eſt q̄ʒ negocium circa cõmutationes: quod eſt negocium iudiciale: ⁊ ꝙ p̄dicti phi ſolum tentabãt diſſerere: vel diſputare tñ de iudicio: non aũt diſputabant de principali. i. concionali: ſiue deliberatiuo: circa q̇d principalius conſiſtit rhetorica. Scḋo ꝓbat quod dixerat: vꝫ ſermones paſſionales eſſe potiſſime vtiles ad diſceptationes: non aũt ad concionalia. Scḋo q̄ ẽ minus p̄c ope. ❡ Notandũ igit̃: ꝙ iudex inter litigãtes dꝫ eẽ de medio: ⁊ q̄ de ſe non eſt inclinatus ad aliã ꝑtem: valẽt paſſiones ad remouendũ iudicem ab vna ꝑte: ⁊ inclinandũ ad aliã: ſed iudex in deliberatiuo negocio iudicat de bono ſibi cõuenienti. Et q̄ q̄libet eſt ſufficienter inclinatus ad amorẽ ſui: minus ſiue modicum eſt p̄c ope in cõcionalibus dicere ſermones paſſionales extra rẽ: q̄ g̃ in deliberatione iudex cõis iudicat de bono cõi: in quo recognoſcit bonũ proprium: nõ põt fieri tanta corruptio appetitus: vel tãta fraus per paſſiones in cõcione ſicut in diſceptatiõe. tota g̃ cauſa quare modicũ eſt p̄c opere: ſiue modicũ eaꝝ dicere ſmones paſſionales in concione cõſurgit ex eo: ꝙ iudex in talibus iudicat de ſibi ↄuenientibus: ad que ꝓſequenda ẽ de ſe ſufficienter inclinatus. Vñ nihil aliud reſtat niſi oſtendere ſic ſe hr̃e negociũ: vt ↄſilians dicit: ⁊ acqeſcũt auditores. In iudicialibus vo: q̄ iudex nõ ẽ inclinatus ad alterã ꝑtẽ: nõ ẽ ſufficiẽs oñdere ſolũ ſic rẽ ſe hr̃e: ſed p̄c ope: ⁊ neceſſariũ ẽ captare auditorẽ. i. reddere iudicẽ beniuolũ ſibi ꝑ ſingula. Nã iudex in talibus iudicat de alienis: ad q̄ d̾ ſe ſufficienter nõ inclinat̃: ꝓpter q̇d ſi audientes: ſiue ſi iudices inclinentur per paſſiones: erũt intendẽtes ad negociũ litigãtiũ: ⁊ ad id: ad q̇d eſt bonũ ipſoꝝ: ꝓpter q̇d ſic affecti condolent: vel ↄdonãt litigantibus remittẽdo eis penã: ⁊ non iudicant recte: q̄ declinãtes ad alterã ꝑtẽ non ſunt i medio: ſicut iudices eẽ debẽt. Et q̄ paſſiões ſic ꝑuertunt iudiciũ vtile eſt multis locis lege ꝓhibere ſermões paſſiõales: vel dicere extra rẽ. Nã ibi vbi hoc ꝓhibet̃: hoc ſeruãt ſufficiẽter: vꝫ: ꝙ ſm̃ veritatem datur iudicium.

AD intelligẽtiã p̄dictorum duo ſunt declarãda. Primo. n. videndũ eſt. vtrũ poſſit fieri perſuaſio rhetorica: niſi actus intellectus a volũtate ſit motus: ⁊ actu aſſentiat ꝑ imperium voluntatis. Scḋo oñdendũ eſt: vtrũ ſermones paſſionales ſint extra negociũ rhetoricũ: vel eſſential'r ꝑtineãt ad dictã artem. ❡ Propter primũ aduertẽdũ: ꝙ forte vr̃ alicui ↄſiderando ꝓbabilia: ꝙ nunq̄ʒ eſſet ꝑſuaſio niſi actu intellect⁹ aſſentiat ꝑ voluntatis imꝑium: dcm̃ eſt. n. ſupra dialecticam a rhetorica in h̄ differre: q̄ ꝑ dialecticas rõnes aggenerat̃ opinio: ꝑ rhetoricas vo fides. Fides aũt ab opinione: vt dicebatur: ſic diſtinguitur: q̄ lꝫ vtraq̄ʒ tam fides q̄ʒ opinio non ꝑfecte terminet intellectũ: opinio tñ terminat ipſum ſm̃ ſe: fides vo non: ſed hꝫ ordinem ad appetitũ. Videt̃ g̃ ꝙ nunq̄ʒ aggeneretur fides: niſi intellectus actu a voluntate ſit motus. Ideo ſciendũ: ꝙ ſicut dicebamus in ſpeculatiuo ⁊ practico: ſic dicere poſſumus in perſuaſiuo ⁊ ꝓbabili: ſiue in fide ⁊ opinione. Eſt enim aliqua ſcientia: que de ſe ordinatur ad ſpeculationẽ: aliqua que de ſe ad praxim: ſiue ergo aliquis velit ſcire ſciẽtiã ꝓpter opus: ſiue ꝓpter cõtẽplationẽ ipſe per ſe loquendo non facit ſciẽtiã practicam ſpeculatiuã: ſed que de ſe eſt huius talis dr̃. Sic ẽt de q̇buſdã ſermones ſunt: in q̇bus intellectus eſt aptus natus corrũpi per volũtates: vel ꝑ paſſiões exñtes in appetitu: ſicut ſunt ſermones reꝝ ſingulariũ: vt in operibus politicis: i q̇bus amantes ⁊ odientes: gaudentes ⁊ triſtãtes nõ pariter iudicamus. Quarundã vero reꝝ ſermones ſunt: in q̇bus ꝑ amorẽ ⁊ odiũ iudiciũ non peruertitur: cuius ſunt ſermones reꝝ vliũ: ⁊ oĩum ad que ꝑ paſſiones non inclinamur: nihil g̃ ad ꝓpoſitũ ad h̄: ꝙ ſit ꝑſuaſio rhetorica ꝑ ſe loquẽdo: vtrũ itell'ꝰ ꝑ iꝑiũ volũtatis actu aſſentiat vel nõ aſſẽtiat: ſed ſatis ſufficit ad rõnez rhetoris eſſe de talibus: in quibus iudicium rõnis per paſſiones in appetitu exiſtentes ſit aptum natũ peruerti: ſicut in logica rõnes fieri hñt ex vlibus: in q̇bus ratio non ꝑuertitur. Hñt ergo rhetorica ⁊ logica quodãmodo diſtinctas mãs: circa quas verſantur: ⁊ non differunt ſolum per accñs: vꝫ in cõparatiõe ad opinantes ⁊ credentes. Poteſt g̃ fieri perſuaſio rhetorica abſq̄ʒ eo: ꝙ intellectus aſſentiat per imperium voluntatis quod declarare volebamus.

SEcundo declarãdũ reſtat ſermones paſſionales nõ eſſe id: circa quod eſſentialiter verſat̃ rhetorica: q̇d dupliciter via oſtẽdi põt. ❡ Prĩa via ſumit̃ ex eo: q̇d dcm̃ eſt. habitũ eſt. n. ꝑſuaſionẽ rhetoricã eſſe nõ ex eo: ꝙ intell's actu aſſentit ꝑ imꝑium volũtatis: ſꝫ q̄ q̄dã ſunt: q̇bus de ſe cõpetit cãre paſſiões in appetitu: ⁊ ꝑuertere intellectũ. Vtrũ aũt talis ꝑſuaſio fiat vel nõ fiat: nihil ad ꝓpoſitum. ſed ſufficit ad h̄: ꝙ ſint ſermones rhetorici: ꝙ de talib⁹ oriant̃: ſicut g̃ illud ẽ ſpeculatiuũ ſimpl'r q̇d d̾ ſe ad ſpeculationẽ ordinat̃: ꝓut aũt ab hoĩe h̄ ꝓpter ſpeculationẽ ſcit̃ vel nõ ſcit̃ eſt ſpeculatiuũ ꝑ accñs: vere ſic ꝑſuaſiuũ ſumit̃ ſimpl'r ex mã debita: ex eo vo: q̇d fit ꝑſuaſio: q̄ actu intellectus aſſentit ꝑ imꝑium volũtatis: eſt eẽ ꝑſuaſiuũ huic: ⁊ quodãmõ ꝑ accñs: ⁊ q̄ hoc faciũt ſermones paſſionales: nõ ſunt id circa q̇d verſat̃ eẽntial'r rhetoricus. ❡ Scḋo h̄ idẽ declarare poſſumus: q̄ dato ꝙ nũq̄ʒ generaret̃ credulitas niſi actu paſſiões in appetitu exiſterẽt: ⁊ actu intellectus aſſentiret ꝑ imꝑiũ voluntatis nõ ſequeret̃ circa ſermões paſſiõales eẽntialiter verſari rhetoricã. ❡ Ad cui⁹ euidẽtiã aduertẽdũ ſingulas artes ⁊ ſciãs aliq̄l'r ordinari ad vitã humanã: ⁊ hr̃e quẽdã ordinẽ in finẽ humanũ: vel ad fẽlicitatẽ poſſibilẽ hoĩ. hõ aũt ẽ in medio ↄſtitutus inter ſubas ſeꝑatas ⁊ bruta: ꝓpter q̇d tripl'r ↄſiderari põt. p̄° ꝑ ſe. 2° ꝓut hꝫ aliq̇d cõe cũ brutis. 3° vt ꝑticipat aliq̇d de ſubſtãtijs ſeꝑatis: ⁊ ſm̃ h̄ diſtinguit̃ in p̄ ethi. triplex vita: voluptuoſa: politica: ⁊ ↄtemplatiua. Voluptuoſa aũt cõpetit vite hoĩs ꝓut hõ hꝫ aliq̇d cõe cũ beſtijs. Politica vo ↄpetit ei ſm̃ ſe. Cõtẽplatiua q̄deꝫ ꝓut participat

cum ſubſtantijs ſeparatis. ¶ Aduertendum tñ: ꝙ licz hęc
triplex vita homini competere poſſit. phi tamen non ni/
ſi duplicem fęlicitatem poſuerunt: nam ſꝫ vitã voluptuo/
ſam non pôt ſumi fęlicitas: nam fęlicitas cum dicat quid
optimũ: ⁊ optimũ hoīs in eo qꝺ participat cũ brutis nul/
latenus poni poteſt. ¶ Eſt ḡ duplex fęlicitas: quã acquire
re poſſumus ex puris nãlibus: ⁊ ꝺ qua terminauerũt phi:
vꝫ politica: quę ſumitur ſm vitam ciuilẽ: de qua determi/
natur in pº ethi. ⁊ quę competit homini vt homo eſt. Alia
eſt fęlicitas ſpeculatiua: quę reſpicit contemplatiuam vi/
tam: de qua determinatur in. 10º ethi. quę non eſt hoīs ſm
ꝙ hõ: ſed magis prout in eo eſt aliquid diuinum: vel ꝙ par
ticipat aliquid de ſubſtantijs ſeparatis: vt ex eodeꝫ. 10º ha
beri poteſt. Scðꝫ has duas fęlicitates inuenta ſunt duo ge
nera ſcientiarum: vꝫ moraliũ ⁊ doctrinaliũ. Morales q/
dẽ vt de ſe ſeruiant vitę ciuili: ſm quam ſumitur fęlicitas
politica. Doctrinales vero vt deſeruiant vitę ſpeculatiuę:
ſm quaꝫ ſumitur ꝯtemplatiua fęlicitas. ¶ Sic etiã inuē
ti ſunt duo modi ſciendi: dialecticus: ⁊ rhetoricus: dialecti
cus propter ſciẽtias doctrinales. Rhetoricus vero ꝑpter
morales. Deſcendit vero dialecticus: qui inſiſtit circa vex
in doctrinales. rhetoricus: qui circa veriſimile ĩ morales:
nam in moralibus veriſimiliter e typo omnia determinã
tur: ex quo apparet dialecticum magis ordinari ad fęlici/
tatem contemplatiuam. rhetoricum vero magis ad poli/
ticam. Hoc aũt ſi bene conſideremus: clarum eſſe poteſt
qualis ſit aſſenſus dialecticus ⁊ rhetoricus. Nã cum diale
cticus ſeruiat fęlicitati contemplatiuę: quę conſiſtit in ſpe
culãdo ſm metaphiſicam: qꝛ metaphiſica ſuppꝛema eſt ĩ
ter intellectuales: cum ſpeculari videatur competere itel/
lectui ſm ꝙ hm õi aſſenſus dialecticus terminat intelle/
ctum ſm ſe: lꝫ non adeo perfecte: vt ſcientificus. Rhetori
ca vero: quę deſeruit vitę politicę: cuius fęlicitas conſiſtit
in actu prudentię: quę eſt ſuppꝛema inter morales ṽtutes
⁊ eas regulans efficiet aſſenſum: prout intellectus hꝫ ordi
nem ad voluntateꝫ: ſiue aſſenſus rhetoricus erit in his: ꝓ
pter quę iudicium rõnis obliquari hꝫ ꝑpter paſſiones exi
ſtentes in appetitu: ſicut ⁊ prudentia ſumit principia a vir
tutibus moralibus: ⁊ per paſſiones corrumpitur. ¶ Dico
ḡ: ꝙ ſicut fęlicitas politica eſſe non poteſt ſine his: quę ſũt
in appetitu: qui ſine prudentia: ſine virtutibus moralibus
eẽ non pôt: qꝛ impoſſibile eſt prudentem eſſe non entẽ bo
num: ſic aſſenſus rhetoricus ſi nunꝙ eẽt ſine impłio volũ/
tatis: adhuc circa ſermões paſſionales: ⁊ circa ea: q̃ ſunt in
appetitu eẽntialr nõ verſaretr̃ rhetorica. Nã ſicut eẽntialr
fęlicitas politica ẽ actus prudẽtię. ⁊ eſt vt in ſubo in intel/
lectu: ea aũt q̃ ſe tenẽt ex ꝑte voluntatis: vt ṽtutes morales
⁊ actus eax: ⁊ delectatiões ad fęlicitatẽ ꝯſites nõ ꝑtinent
ad eſſentiã fęlicitatis: ſed ſunt quędã adiectiões: vel faciẽ/
tes ad hñ eſſe: ⁊ ad ornatũ eius: vel adminiculãtes ei: lꝫ ſi/
ne iſtis oĩbꝰ: vel ꝗbuſdã fęlicitas eẽ nõ poſſit. ſic rhetorica
q̃ ſcia rõnalis eſt: eẽntialr reſpicit actus rõnis: dato ꝙ hõ
actus ſine paſſionibus eſſe non poſſint: nõ tñ pp hoc circa
ſermões paſſionales dr̃ nãliter eẽ rhetorica: ſicut fęlicitas
politica eſſentialiter dicebatur eẽ ꝗd rõnis ⁊ actus prudẽ
tię. Exiſtia aũt in appetitu ad eẽntiã fęlicitatis non ꝑtine/
bant: lꝫ ſine illis fęlicitas eẽ neqret. Teneamus ḡ circa actꝰ
rõnis: ⁊ circa modos arguẽdi eẽntialr verſari rhetoricaꝫ.
¶ Aduertẽdũ tñ: ꝙ lꝫ tã ſyllogiꝫare ꝙ̃ ꝑſuadere actus rõ
nis ſint: tñ qꝛ ſyllꝰ magis reſpicit vex: ꝑſuaſio võ vł enthi
mema magis reſpicit veriſĩle: qꝛ dialecticus deſcendit in
ſcias doctrinales: qꝛ ꝯſiderat vex: rhetorica võ ĩ morales:
qꝛ incedunt veriſĩlr: dialecticus eẽntialr negociabitr̃ circa
ſyllos. rhetor võ circa enthimemata. hñ ḡ dcm̃ eſt: qꝺ dice
batr̃ in pmº lectionis: enthimemata eẽ totum corpus ꝑſua/
ſionis: ſiue totũ corpus fidei: vel eſſe id ſolum: qꝺ eẽntialr
reſpicit rhetorica: qꝺ declarare volebamus.

Quoniam autem manifeſtuꝫ eſt:
ꝙ artificialis methodus circa per
ſuaſionem eſt. perſuaſio autem
demõſtratio. tũc eniꝫ credimus
maxime quando oſtenſuꝫ eẽ exi/
ſtimamus. Eſt aũt oſtẽſio rhetorica enthime/
ma: ⁊ eſt hoc vt eſt dicere ſimpliciter principa
liſſimuꝫ ꝑſuaſionuꝫ enthimema: aut ſyllogiſ/
mus quidem. De ſyllogiſmo auteꝫ dialectice
eſt videre: aut ipſius totius: aut ꝑtis alicuius.

Hic phs inueſtigat cui parti phię ſupponatr̃
rhetorica oſtẽdens ipſam ſubijci ſermo/
cinali vel rõnali: ⁊ duo facit: qꝛ pmo facit qꝺ
dcm̃ ẽ. Scðo ex eo ꝙ rhetorica ẽ rõnalis oſtẽ
dit dictos phos: ꝗ credẽdo determinare ꝺ rhe/
torica ſufficiẽter dabãt artẽ ſermonũ paſſiõaliũ dicere ex
tra rẽ. Scða ꝑs ibi. (Or ꝗdẽ igr̃ q̃ extra). ¶ Circa pm̃ duo
facit: ſm ꝙ duplr̃ ꝓbat rhetoricã rõnalẽ eẽ. pº facit hoc de
enthimemate: de quo pncipalr̃ ẽ rhetorica. 2º ꝑ hoies: qui
eã adipiſcuntr̃. Scða ibi. (Simul ãt ⁊ hoies). ¶ Circa pm̃
duo facit. ſm ꝙ duplr̃ ꝓbat ꝑ enthimemata rhetoricã rõ
nalẽ eſſe. Scða pars ibi. (Palã qꝛ ꝗ maxime). ¶ Ad in/
tellectũ pmę rõnis notandũ: ꝙ qñ aliqd ꝯuenit alicui ĩ eo
ꝙ tale cuicunqꝫ ꝯuenit illud: opꝫ ipſum eſſe tale: vt ſi leo ĩ
eo: ꝙ eſt aĩal eſt ſenſibile: nihil pôt eſſe ſenſibile: qꝺ nõ ſit
aĩal. Formetur ergo ſic rõ. Dialectica in eo ꝙ eſt rõnalis
cõſiderat de enthimemate. quicqd ḡ de enthimemate pn
cipaliter conſiderat: opꝫ rõnale eſſe: ſed rhetorica principa
liter verſatr̃ circa enthimemata. erit ergo rhetorica rõna/
lis: quod eſt intentum. ¶ In hac rõne ſic ꝓcedit. qꝛ pmo
ponit eam q̃ꝰtum ad ſecundam partem. ſ. ꝙ rhetorica eſt
principaliter de enthimemate dicens: nihilominus eẽ ar/
tificialem methodum: ſiue totam artem rhetoricam eſſe
circa perſuaſiones. Perſuaſio aũt quędã oſtenſio: vel quę
dam demonſtratio eſt: ꝙ tunc maxime credimus: ⁊ maxi
me ꝑſuaſum nobis ẽ: qñ eſtimamus nobis eẽ oſtſũ ꝓpoſi
tũ. Dũ igitr̃ pncipaliſſima oſtẽſio rhetorica ſit enthimema
ſimplr̃ loqndo pncipaliſſimũ genꝰ ꝑſuaſionũ ẽthimema/
ta erũt: ⁊ circa ipm̃ pncipalr̃ eſt rhetorica: ⁊ poſtea ponit p
mã ꝑtẽ rõnis: vꝫ dialecticã in eo ꝙ rõnalẽ ꝯſiderare ꝺ en
thimemate dicẽs: ꝙ enthimema ẽ ſyllꝰ ꝗdã. Sꝫ oĩs diale
ctica ſꝫ ꝙ rõnalis: ſupple ẽ de ſyllo: cũ ſyllogiꝫare ſit actꝰ
rõnis. ḡ dialectica ſꝫ ꝙ rõnalis erit de ẽthimemate: qꝛ ad
eãdẽ artẽ ꝑtinent ꝯſiderare de tali ſimplr̃: ⁊ de eo: qꝺ defi
cit ab illo: dialecticꝰ ḡ: ꝗ ſꝫ ꝙ rõnalis ꝯſiderat de ſyllo: ꝯſi
derabit ꝺ enthimemate ſꝫ ꝙ hẽc ꝙ ẽ ꝗdã ſyllꝰ: qꝛ ẽ defecti
uus ſyllꝰ. Vex qꝛ dixerat oẽꝫ dialecticã ꝯſiderare ꝺ ſyllo
qꝛ hoc nõ eſt vex ſimplr̃: vel per cõem modũ ꝯſtrinxit ſe
dicens: ꝙ tota dialectica: aut pars eius cõſiderat de ſyllo/
giſmo. Nã de ſyllogiſmo ſm ſe ⁊ ſꝫ ſuas ꝑtes determinatr̃
in oĩbus libris dialecticę: de eo aũt ſꝫ ſe determinatur in
parte dialecticę: vel aliter: nam cũ rhetorica ſit quodãmõ
pars dialecticę: vt infra dicetur: qꝛ enthimema eſt quodã/
modo ſyllꝰ: conſiderare de ſyllo pertinet ad totam diale/
cticam vel ad ꝑtẽ: qꝛ pertinet ad dialecticã ⁊ rhetoricam.
¶ Sꝫ hic oritr̃ dubitatio. Vr̃. n. ad dialecticaꝫ nõ ꝑtinere
ꝯſiderare de enthimemate: nã vt infra hẽbitr̃: vt ſupra dcm̃
fuit. inſtrã dialectici ſunt ſyllꝰ ⁊ inductio. rhetorici vero
exẽplũ ⁊ enthimema. ¶ Propter qꝺ notãdũ: ꝙ ſi ꝗſqs de
ceret operationem inſtrĩ: ⁊ inſtrumẽto vteretur: forte non

effet

eſſet via ad euadendum dubitationẽ pretactaꝫ. Sed hoc
non eſt verum: nõ enĩ qui dat artem demonſtrãdi demõ
ſtrat: nec adinuentor grãmaticę ſm ꝙ hmõi grammati-
cus fuit: ſed magis metaphyſicus .l. videndo modos intel
ligẽdi ꝛ ſignificãdi. Sicut ergo poteſt dialecticus dare ar
tem demonſtrandi: ꝛ determinare de demonſtratione
abſqꝫ eo ꝙ propriũ inſtrumentũ eius ſit demõſtratio: ſic
põt rhetoricus conſiderare de enthimemate p̃ter hoc: ꝙ
enthimemate vtatur tanq̃ ꝓprio inſtrõ. Uterqꝫ ergo rhe-
tor ꝛ dialecticus de enthimemate conſiderãt: aliter tamẽ
ꝛ aliter: eo ꝙ rhetor cõſiderat de ipo tanq̃ de eo: circa qð
pncipalr verſaſ eius intentio. Dialecticus vero nõ ſic: ſed
de ipſo cõſiderat ꝓut deficit a ſyllogiſmo: de quo pncipa-
liter intendit. ⸿ Deinde cum dicit.

⸿ **Palamqꝫ qꝛ qui maxime hec põt cõſiderare
ex quibus ꝛ quõ fit ſyllogiſmus: iſte ꝛ enthi-
mematicus vtiqꝫ erit: maxime quo aſſumens
circa equalia: quedam eſt enthimema: ꝛ quas
habꝫ differentias ad logicos ſyllogiſmos. Ue
rũ enĩ eſt: ꝛ qð ſile vo eiuſdẽ ẽ potẽtie videre.**

⸿ Adducit 2ᵃᵐ rõnẽ oñdẽdo rhetoricã eẽ rõnalez ſũptã eẽ
ex enthimemate dialeticę: ꝓbauit ãt in pᵃ rõne dialecticę
ſꝫ ꝙ rõnalis eſt ꝯſiderare de enthimeᵗᵉ: ꝑ h ꝙ ꝯparaſ ſyl
logiſmo ſm ꝙ enthimema a ſyllo deficit. Hic aũt ꝓbat
hoc idẽ ex eo ꝙ dialeticus: qꝛ rõnalis cõſiderat de vero.
ergo ſm ꝙ hꝰ ꝯſiderat etiã de veriſimili: qð deficit a vo:
ꝛ qꝛ ad vex ordinaſ ſyllꝰ enthiᵐᵃ ad viſile: ſm ꝙ rõnalis
conſiderabit de ſyllo ꝛ enthimemate: ſed pncipalr de ſyl-
logiſmo: ex cõſequẽti de enthimemate: ſicut pncipalr eſt
de vero. ꝛ ex cõſequẽti de veriſimili. Ideo dicit palã eẽ ꝙ
dialecticus: qui põt conſiderare ex quibus: ꝛ quõ eſt ſyllꝰ
ipſe dialecticus erit: coaſſumens circa qualia quedã: quia
pncipalr conſiderat circa qualia eſt ſyllꝰ: ex conſequenti
aũt coaſſumẽdo aſpicit circa qualia eſt enthimema. Et qꝛ
ꝯſiderat dialecticus ſm ꝙ rõnalis de enthimemate: ꝛ ſyl
logiſmo videre poterit: quas differentias hꝫ enthimema
ad dialecticos ſyllos. Cauſa autẽ quare dialecticus in eo
ꝙ rõnalis conſiderat de ſyllo ꝛ enthimemate: ꝛ id in quo
ſtat tota vis orationis eſt cum ait: ꝙ eiuſdẽ potẽtie vel ar
tis eſt videre verũ ꝛ veriſimile. ⸿ Deinde cum dicit.

⸿ **Simile aũt ꝛ homines ad veritatẽ apti nati
ſufficienter: ꝛ in pluribus adipiſcunſ veritatẽ:
ꝓpter qð ad ꝓbabilia cõiecturabiliter ſe habe-
re eſt: ꝛ ad veritatem ſimiliter ſe habentes.**

⸿ Ponit tertiã rõnẽ ſumptam ex parte hoium: ꝛ eſt talis.
Hoies ſꝫ ꝙ rõnales ꝑticipãt dialectica ꝛ rhetorica: qð pꝫ
ex hoc: qꝛ ſunt apti nati ad veritatez: ita opꝫ eos ſe hr̃e ad
ꝓbabilia ꝯiecturalr: hoc eſt ad veriſimilia: vł ꝑſuaſibilia
quę per quaſdã cõiecturationes intendunt: ꝛ tunc eſt ſup-
plendũ: ꝙ ad veritatez ordinaſ dialectica: ad veriſimile
rhetorica. Si ergo hoies ſm ꝙ rõnales veritatez ꝛ veriſi
mile adipiſcunſ: opꝫ eos ſꝫ ꝙ rõnales aliqualr participa-
re dialectica ꝛ rhetorica ſm ꝙ participaſ a rõnalibꝰ ſm
ꝙ hꝰ rõnales ſunt. erit ergo taꝫ dialectica q̃ rhetorica rõ
nalis. ⸿ Dubitaret forte aliqs non eſſe verũ: hoies vt in
pluribus veritatẽ adipiſci: qꝛ ala per plus tẽporis eſt igno
rans q̃ ſciens: ꝛ pauci deueniũt ad agnitionẽ vitatis. Pro
pter hoc dicendũ agnitionẽ veritatis poſſe ſumi dupl'r: vł
ſm ꝙ ſufficit ad regimen vitę ꝛ ſic in pluribus hoies adi
piſcunſ eam: ꝛ hoc ſufficit ad hoc ꝙ ydiote nãlr ſm ꝙ ra
tionales ſũt aliqualr participãt rhetoricã ꝛ dialecticã. Se
cundo agnitio veritatis ſumiſ prout ſubtiliter res inueſti-
gamus: ꝛ ſic pauci deueniunt ad eam. ⸿ Aduertendum
autẽ ad itellectũ rõnis prędictę: ꝙ geometriã ꝛ alias rea
les ſcias adipiſcunſ hoies inquantu rõnales ſi ly inquãtũ
refert modũ: non id: de quo eſt ſcia. Nam via rõnatiua cę
tera talia acgrimus dialecticã vo ꝛ rhetoricã ſciꝰ iquã-
tum rõnales: hoc eſt inquãtũ via rõnatiua de actibus ra-
tionis cognitionẽ accipimus. ideo ſequiſ ex hac rone has
eſſe ſimplr rõnales: alas vo ſm quid. ⸿ Deinde cũ dicit.

⸿ **Quõ quidẽ igitur que extra rẽ alij negociant
ꝛ qꝛ magis diuerterũt ad litigare manifeſtuꝫ.**

⸿ Concludit modũ eſſe dictos phos tradentes ſolũ artem
de ſermonibus paſſionalibus dicere extra rẽ. ⸿ Sed du-
bitaret quidẽ aliquis: quõ ex hoc ꝙ rhetorica eſt rõnalis:
ſeqſ ſermones paſſionales eſſe extra negociũ rhetoricuꝫ.
⸿ Ideo notandũ: ꝙ vt tactũ eſt: ſcia ſortiſ ſpẽm ex ſubo
ſiue ex obo pncipali: nõ ex modo: ideo ſciam rõnalez ſim
pliciter loquẽdo opꝫ habere actus rõnis tanq̃ proprium
ſubm: ꝛ tanq̃ id: circa qð negociaſ eſſentialr: ꝛ qꝛ hꝰ actꝰ
in rõne ſunt: qꝛ nõ ſunt tranſeuntes in exteriorẽ mãꝫ paſ-
ſiones: quę ſunt in appetitu: nõ in intellectu: non pñt eẽ id
a quo rhetorica trahit ſpẽꝫ: circa qð eẽntialr verſaſ. Dñr
enĩ ſermones paſſionales eſſe extra negociũ rhetoricum:
nõ ꝙ nullo modo ſpectet ad rhetorẽ determinare de paſ-
ſionibus: ſed quia circa paſſiones nõ pncipalr v̄ſatur rhe-
torica. ⸿ Deinde cum dicit.

⸿ **Utilis aũt eſt rhetorica: ꝓpterea qð vera: ꝛ
iuſta ſunt nã meliora cõtrarijs. Quare ſi non
ſcdm ꝯueniens iudicia fiant: neceſſe per ipſa
vinci: hoc enim eſt dignuꝫ increpatione.**

⸿ In pte iſta oñdit phs vtilitatẽ huiꝰ artis: vel in qua red-
dit auditores attentos: ꝛ duo facit. qꝛ pmo facit qð dictuꝫ
eſt. ſcdo epilogat. ſcda pars ibi. (Ex quidem igitur.) Circa
primũ duo facit. nã pmo oſtendit rhetoricã vtilem ex eo
ꝙ ab alijs diſtinguitur. ſcda pars ibi. (Adhuc aũt ad quoſ-
dam.) ⸿ Primo notãdũ ꝙ ſingulr ſcię vtiles ſunt: qꝛ q̃-
dã regulę ſunt: ꝛ ꝑ eas poſſumus ſequi rectũ: ꝛ vitare obli
quum: ſic ꝛ per rhetoricã ſm quã poſſumus vincere iudi-
cem: ſi nõ faciat iudiciũ cõueniens: oſtendendo ei eſſe di-
gnũ icrepatione: nõ vidẽdo qð iudicat. ⸿ Deide cũ dicit.

⸿ **Adhuc autẽ ad quoſdã: neqꝫ ſi certiſſimã ha
beamus ſciam facile ab illa ꝑſuadere loquen-
tes. Doctrinare enĩ eſt q ſm ſciam ſmo: hoc ãt
impoſſibile. Sed neceſſe ꝑ cõmunia fieri ꝑſua
ſiones: ꝛ orationes: ſicut ꝛ in topicis diceba-
mus de ea: que ad multos obuiatio eſt.**

⸿ Oſtendit ipſam eſſe vtilem: prout differt ab alijs ſcien-
tijs. Hec aũt differẽtia triplex eſt. nam alię ſciẽtię procẽ
dunt ex proprijs: rhetorica ãt ꝛ etiaꝫ dialectica ex cõibus
arguit. Scdo alię ſcię ſyllogizant alterã partẽ cõtradictio-
nis: dialectica vo ꝛ rhetorica vtramqꝫ partẽ cõtradictio-
nis cõcludunt. Tertio alię ſcientię ſunt reales: dialectica
vero ꝛ rhetorica ſermocinales: ideo tria facit ſm ꝙ per h
tria aſſignat tres rõnes ad oſtendendũ rhetoricã eſſe vti-
lem. Scda ratio incipit ibi. (Adhuc ꝯtria oꝫ.) Tertia ibi.
(Adhuc aũt incõueniẽs.) Intendit ergo pmo talez rõnẽ
Nos loquẽtes ad quoſdaꝫ: vt puta ad hoies vulgares vel
groſſos ꝛ ſi certiſſimã habeamus ſciam: non facile vel ẽt
forte nõ poſſibile eſt ꝑſuadere illis ab illa. hoc eſt per illaꝫ
ſcientiã: ꝛ eſt rõ: qꝛ ſermo ſm ſciam eſt ſermo doctrinę: ꝛ
hoies groſſos impoſſibile ẽ capere h. ideſt ſciẽtifica: ꝛ vo

ctrinalia. neceſſe eſt ergo: vtile eſt hr̃e rhetoricã: vt homines vulgares: qui nõ poſſunt reduci per ſcientificas rõnes: hãt eis perſuaſiones per cõtraria: ⁊ veriſſimiles orõnes: ſicut in topicis dictũ eſt: ꝙ per dialecticã obuiandũ eſt ad multos. vt ex. 8° topicoꝝ haberi põt. Sic etiã per rhetoricã: que eſt aſſecutiua dialectice: obuiandũ eſt ad multos vulgares ⁊ groſſos: qui multi ſunt. imo multo magis per rhetoricam obuiandum eſt eis Inquantũ groſſiori modo procedit: ⁊ per rationes: quas vulgares facilius capiunt.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Adhuc cõtraria opꝫ poſſe perſuadere: ſicut ⁊ in ſyllogiſmis: non vt ambo agamus. Non enim opꝫ praua agere: ſed vt non lateat qualiter habet: ⁊ vt alio vtente non iure orationibus ipſis ſoluere habeamus: aliarũ quidem artiuꝫ nulla contraria ſyllogizat. Dialectica autẽ ⁊ rhetorica ſole hoc faciunt: ſimiliter enim ſunt ambe contrariorum.

¶ Ponit aliam rationem. ⁊ duo facit: quia primo facit qđ dictum eſt. Secundo remouet cauillationem quandam. Secunda ibi. (Res tamẽ ſubiecte.) Dicit ergo primo: ꝙ oportet. ideſt vtile eſt poſſe perſuadere contraria: ſicut vtile eſt in ſyllogiſmis dialecticis contraria ſyllogiçare: non vt ambo agamus: quia praua non ſunt faciẽda. ſed vt nõ lateat nos: ⁊ ſciamus qualiter negatiuuꝫ ſe habeat: ⁊ vt ſi alius vteretur rationibus non iure: ſiue etiã non rationabiliter ſciamus ea ſoluere. Cum ergo ſcire malum: ⁊ poſſe malum non ſit malum. imo bonũ ⁊ vtile. vtiles ſunt aũt rhetorica ⁊ dialectica: que ad bonam ⁊ ad malam parteꝫ ſyllogiçare poſſunt. Nam ſole ambe ſunt contrariorum: nulla aũt alia ars ſyllogiçat cõtraria. ¶ Deinde cuꝫ dicit

¶ Res tamen ſubiecte non ſimiliter ſe habent: ſed ſemper vera ⁊ meliora natura: ſyllogizabiliora ⁊ pſuaſibiliora ſunt: vt vere eſt dicere.

¶ Quia dixerat cõtraria eſſe ſyllogiçabilia: quia crederet aliquis hoc eſſe ex parte rei: quod nõ eſt verũ. imo ex pte noſtra: ideo ait ꝙ res ſubiecte ſermonibus non ſimiliter ſe habent ad vtrãqꝫ partem contradictionis. imo naturaliter ⁊ de ſe: ⁊ vt vere eſt dicerẽ: ſemper vera ſyllogiçabiliora ⁊ pſuaſibiliora ſunt falſis. Et quia ſemper altera pars contradictionis eſt vera: non eodem modo ſyllogiçatur quantũ eſt ex parte rei vtraqꝫ pars cõtradictionis: ꝙ aũt quedam falſa ſint probabiliora quibuſdam veris: hoc eſt ex parte noſtra. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Adhuc autẽ inconueniens ſi corpore quideꝫ non poſſe adiuuare ſeipſuꝫ ſit turpe: oratione autem non turpe: qđ magis proprium reꝫ hominis corporis oportunitate.

¶ In parte iſta ponit vltimam rationem. Et duo facit. nã primo ponit rationem dictam. Secundo remouet inſtantiam quandam ibi. (Si autẽ qm̃ magna.) Dicit ergo adhuc autem ⁊ preter omnes rationes dictas. ⁊ etiam hec ratio ad probandum rhetoricã vtileꝫ. Nam inconueniẽs eſt: ſi ſit turpe hominẽ non poſſe ſeipſuꝫ iuuare corpore: cũ natura dederit ſibi corpus: ⁊ non ſit turpe non poſſe ſeipſꝫ iuuare oratione: ſeu ſermone cuꝫ natura nobis etiã ſermonem dederit: ⁊ vere eſt inconueniens appellare id turpe: ⁊ non iſtud: quia tanto turpius eſt non poſſe ſe iuuare ſermone ꝙ̃ corpore: quanto ſermo magis ẽ ꝓpriuꝫ hominis ꝙ̃ corporis oportunitas. Naꝫ in habendo corporis robur erit homo cum beſtijs: ſed habere ſermonẽ eſt proprium hominis: ꝓpter ꝙ phs pmo politicorũ ꝓbat hominẽ naturaliter eſſe magis ciuile ⁊ ſociale omni alio animali: eo ꝙ ſolus ipſe habet ſermonem: ⁊ ſermo ſit ſemper ad alterũ.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Si autem qm̃ magna nocebit vtiqꝫ qui vtitur iniuſte tali potentia orationum. Hoc eſt commune de omnibus bonis exceptis virtutibus maxime de oportuniſſimis: puta robore: ſanitate: diuitijs: militia. Talibus enim vtiqꝫ quis proderit maxime vtens iuſte ⁊ nocebit.

¶ Remouet quandam inſtantiam poſſibilem fieri. Diceret enim aliquis rhetoricam non eſſe vtilem ⁊ bonam: ſꝫ inutilem ⁊ malam: quia per ipſam poſſumus multa magna nocumenta inferre: ſi vtamur tali potentia orationũ hoc eſt ſi vtamur rhetorica: que eſt potentia ſermocinatiua iniuſte. Sed hec cauillatio nulla eſt: nam exceptis virtutibus: quibus non conuenit male vti: ceteris bonis poſſumus bene ⁊ male vti. imo bonis maxime vtilibus: ⁊ maxime neceſſarijs ⁊ oportuniſſimis: vtputa robore: ſanitate diuitijs militia. contingit male vti: cum tamen predicta non ſolum vtilia ſunt: ſed valde oportuna: talibus enĩ quis iuſte vtens: maxime ꝓderit: ⁊ maxime nocebit ſi eis abutatur. Non ergo rhetoricaꝫ ⁊ alia bona: quibus poſſumus male vti: debemus iudicare mala: ſꝫ noſmetipſos inculpare debemus: qui eis abutimur. ¶ Notandũ ꝙ virtutibus nõ poſſumus male vti formaliter: quia actus virtutis ſemper eſt bonus: ſicut calidum per ſe ſemper calefacit: materialiter tamen ⁊ per accidens poſſumus virtutibus male vti: quia poſſet quis de virtutibus ſuperbire.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Quod quidem igitur non eſt neque vnius generis determinati rhetorica. Sed quemadmodum dialectica: ⁊ quia vtilis: manifeſtum ⁊ ꝙ non eſt opus ipſius perſuadere: ſed videre exiſtentia perſuaſibilia. puta vnumquodqꝫ ſicut ⁊ in alijs artibus. Nõ eniꝫ eſt medicinalis ſanitates efficere: ſed vſquequo contingit vſqꝫ ad huc perducere. Eſt eniꝫ ⁊ eos qui non poſſunt recipere ſanitatem: tamen medicari bene.

¶ In parte iſta epilogat. Et duo facit: quia primo epilogat conuenientias aſſignatas inter dialecticam ⁊ rhetoricaꝫ. Secundo aſſignat quandam aliam conuenientiam. ibi. (Adhuc autem ꝙ eiuſdem.) Eſt autem aſſignata triplex conuenientia inter dialecticam ⁊ rhetoricaꝫ. prima eſt ꝙ vtraqꝫ communis: ſecunda quia vtraqꝫ rationalis. tertia vtraqꝫ vtilis. ¶ Quantum ad primam conuenientiam dicit rhetoricam non eſſe vnius generis determinati: ſed eſſe de cõmunibus: quemadmodum dialectica: quantuꝫ ad tertiam conuenientiam addit: medium eſſe ꝙ rhetorica eſt vtilis: quantum vero ad ſecundam conuenientiã vt quia rhetorica eſt rationalis ſicut ⁊ dialectica: ſubdit ꝙ non eſt opus rhetorice perſuadere: ſꝫ cõſiderare perſuaſibilia exiſtentia circa vnumquodqꝫ genus: ſicut in alijs artibus ſe habet: non eſt enim medicine ſemper ſanare: ſꝫ eius eſt perducere ad ſanitatem vſqꝫ adhuc ⁊ vſquequo contingit. ideſt vſquequo corpus: in quod debet induci ſanitas: eſt aptum natum ſuſcipere. nã medicus nõ ſemꝑ ſanabit. rhetor nõ ſemꝑ pſuadebit: ſꝫ ſi nihil dimittãt de cõtingẽtibus ſufficiẽter: hñt diſciplinã. ⁊ ideo ꝯtingit hñi medicari

dicari eos: qui non poſſunt ſanitatem ſuſcipere: quia contingit medicos facere bene qđ in ſe eſt. erga eos qui ſanari non poſſunt. ¶ Ad intelligentiaʒ huius dicti notandū ꝙ rhetorica ex eo ꝙ rationalis eſt ēēntialiter ē de actib⁹ rationis vt de perſuaſionibus: ⁊ ideo ſuuʒ eſt videre perſuaſibilia in vnoquoqʒ genere: verum quia perſuaſibilia ſimpliciter nō ſunt perſuaſibilia huic ꝓpter indiſpoſitionem eius: ſicut dulcia ſimpliciter non ſunt dulcia huic: ſi linguam infectam habeat. ideo concludit rhetorem ꝑſuaſibilia dicere: non tamen perſuadet: q̄ꝛ ex eo qđ habet eſſe rationalis ſimpliciter: debet cōſiderare perſuaſibilia ſimpliciter: non huic. ergo bene dictū eſt: ꝙ q̄ꝛ rationalis eſt: ſuum eſt perſuadere. Recipit ergo ſpecieʒ non ex perſuaſione: ſed ex perſuaſibilibus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Adhuc autem ꝙ eiuſdem perſuaſibile videre ⁊ apparere perſuaſibile: ſicut ⁊ in dialectica ſyllogiſmum. Sophiſtica enim non in potentia: ſed in electiōe eſt: verumtamē erit iſte quidem ſm ſcientiā: ille autē ſm electionē rhetor. Ibi autem ſophiſtica quidem ſm electionem. Dialecticus autem non ſm electionem: ſed ſecundum potentiam. De ipſa autem iam methodo tentemus dicere qualitercūqʒ: ⁊ ex quibus poterimus adiſcere ꝓpoſita.

¶ Dat aliam conuenientiam inter dialecticā ⁊ rhetoricaʒ Et tria facit: q̄ꝛ primo dat conuenientiam dicens: ꝙ ſicut ad eandem artem dialecticam ſpectat conſiderare ſyllogiſmum: ⁊ apparentē ſyllogiſmum: ſic ad eandem rhetoricam ſpectat conſiderare perſuaſibile: ⁊ apparēs perſuaſibile: non enim differt ſophiſta a ſciente in virtute: vel in potentia: vt ꝙ ſophiſta poſſit cōſiderare de ſyllogiſmo ſophiſtico: ⁊ non ſciens. Nam cum rectū ſit index ſui ⁊ obliqui: qui bene cognoſcit artem: cognoſcit obliquitatem artis: qui bene cognoſcit ſyllogiſmū verum: cognoſcit ſyllogiſmum ſophiſticum: qui obliquātur a vero: differt tamē ſophiſta a ſciente in electione. Naʒ ſciens cognoſcit ſophiſtica vt obliquitates artis. ſed nō eligit apparere per illa: Sophiſta vero eligit gloriā ex ſua ſophiſtatiōe. ¶ Scđo ex hoc concludit aliter eſſe ſcientem verum ⁊ ſcienteʒ ſophiſtam: ⁊ hoc in rhetorica ⁊ dialectica. Naʒ hic. ideſt in rhetorica: erit iſte. ideſt rhetoricus ſm ſcientiam. hic autē ideſt ſophiſta rhetoricus erit rhetor ſm electionem: quia vellet apparere rhetoricus. Ibi autem. ideſt in dialectica ſophiſta eſt dialecticus ſʒ electionē: q̄ꝛ vult apparere dialecticus: ſed verus dialecticus non eſt dialecticus ſm electionem: ſed ſm perſonam: hoc eſt ſm ſcientiā. Et vniuerſaliter oīs habitus potentia quedam eſt: cum habitus ſit: quo poſſumus operari cum volumus. Tertio cōtinuat ſe ad dicēda dicēs: ꝙ de ipſa methodo: ſiue de ipſa rhetorica tentemus dicere qualitercunqʒ. ideſt dicamus de ea ſm modum nobis poſſibilem: ⁊ dicamus: ex q̄bus poterim⁹ adipiſci ꝓpoſita. ideſt ex quibus poterimus cognoſcere ꝑſuaſibilia in vnoquoqʒ genere. Secūda pars incipit. ibi. (Verūtamen hic querit.) Tertia ibi. (De ipſa autem.)

Hic determinanda ſunt duo. Primo. vtruʒ ad eandem artem: vt ad dialecticā ſpectet conſiderare de ſyllogiſmo dialectico ⁊ ſophiſtico. ¶ Scđo dato ꝙ ſic: quare i dialectica fact⁹ eſt ſpecialis liber de ſyllogiſmo ſophiſtico: vt liber elencoruʒ: in rhetorica vero non fuit factus ſpecialis liber de ſophiſtica perſuaſione. ¶ Propter primum notandum: ꝙ non eſt inconueniens vnum ⁊ idem conſiderari a diuerſis ſub alia ⁊ alia ratione. Nam ſm Cōmentatorem in .12⁹ metaphyſice naturalis ⁊ metaphyſicus cōſiderant de materia prima: aliter tamen ⁊ aliter. Nam naturalis conſiderat de ea vt eſt ſubſtantia ſubiecta motui ⁊ trāſmutationi. Metaphyſicus prout in ea aliqualiter reſeruetur ratio entis: ſicut ſyllogiſmus ſophiſticus conſideratur a dialectico ſophiſtico: ⁊ perſuaſio ſophiſtica a rhetore ⁊ ſophiſtico rhetorico: aliter tamen ⁊ aliter Naʒ dialecticus conſiderat ſophiſma inquantū eſt obliqtas artis: ſophiſta vero ꝯſiderat de eo principaliter: ⁊ querit inde gloriam: ⁊ magis eſt ei opere pretium videri: ⁊ nō facere q̄ꝫ facere: ⁊ non videri: ideo ſcribitur in quarto metaphyſice ꝙ logicus ⁊ ſophiſta laborāt in eodē quod phs laborare debet. differt tamē phs a dialectico in modo veritatis: ⁊ in ꝯſideratione veritatis: a ſophiſta vero in regimine arte ⁊ electione glorie ſm Cōmentatoreʒ. Non eſt igitur incōueniens de ſermone ſophiſtico cōſiderare ſciētem ⁊ ſophiſtam: cum non eodem modo de illo conſiderent. ¶ Propter ſecundum ſciendum rhetorem eſſe magis particularem artificem q̄ꝫ dialecticū: ꝓpter quod rhetorica dicit̄ aſſecutiua dialectice: ſiue quedam particularis dialectica: ⁊ propter ſui particularitatem pōt defectus artis magis particulari conſpicere: ⁊ apparentia enthimemata ſigillatim diſtinguere: ꝓpter quod non oportet eſſe ſpecialem librum de ſophiſticis enthimematibus. imo ſuperflueret talis liber: cum eorū cognitio ſigillatim in rhetorica tradi poſſit. Dialecticus vero qui magis eſt vniuerſalis artifex: eo ꝙ opinio magis vniuerſalia reſpiciat ⁊ particularia fides: defectus ſyllogiſmi dialectici ſingulariter n arte dialectica cōſiderari non poſſunt. Non ergo de ſyllogiſmis ſophiſticis poſſemus habere ſufficientem noticiam: nec de eis eſſet liber editus ſpecialis.

¶ Rurſum igitur velut in principio diffiniētes ipſam: que eſt: dicam⁹ reliqua. Eſt itaqʒ potētia rhetorica vnumquodqʒ conſiderandi contingens perſuaſibile.

Poſito proemio ponitur tractatus. Intēdit autem philoſophus in hoc tractatu dare artem de perſuaſionibus. In arte autem perſuaſiua duo cōſideranda ſunt. Primo ꝙ ſciamus modos perſuaſiuos inuenire: ⁊ cōſiderare perſuaſibilia: circa vnumqđqʒ genus. ſcđo ꝙ ex talibus ſciamus formare ⁊ componere orationeʒ. ideo duo facit: quia primo docet perſuaſibilia inuenire. ſcđo oſtendit ex perſuaſibilibus orationē vel locutionem formare: vel componere. Secūda pars incipit ibi. (Quoniā auteʒ tria ſunt.) In ꝑncipio tertij libri: ⁊ ſic habemus diuiſum tertium librum ab alijs duobus. ¶ Quō aūt diſtinguatur ſecūdus liber a primo in ſequentibus apparebit. Prima pars diuiditur in duas: quia primo determinat q̄dam cōmunia circa artem rhetoricaʒ. Secūdo in ſpeciali determinat de ſpeciebus eius. Secūda pars ibi. (Sūt itaqʒ rhetorice ſpecies.) Circa primum tria facit. nam primo dicit: quid eſt rhetorica: ⁊ circa que habet ſe. Secūdo declarat inſtrumenta: quibus rhetorica vtitur. Tertio dat differentiaʒ inter enthimemata rhetorica: ⁊ enthimemata aliarum ſcientiarū. Secunda ibi. (Earum autem que preoſtendere.) Tertia ibi. (Enthimematum autem maxima.) Circa primum duo facit. nam primo deſcribit quid eſt rhetorica. Secundo determinat quedaʒ cōmunia de perſuaſionibus: circa quas verſat̄ rhetorica. Secunda pars ibi. (Perſuaſionū aūt vie.) Prima diuidit̄ in duas. q̄ꝛ primo ponit deſcriptionem rhetorice. Scđo manifeſtat qđ dixerat. Scđa ibi. (Hoc enim nullius.) Dicit ergo rurſuʒ igi

tur diffiniamus rhetoricam velut a principio diffiniuimus: diffinientes ipſam dicendo: que eſt: vel quid eſt: et hoc declarando dicam reliqua dicenda. Eſt enim rhetorica potentia cōſiderandi perſuaſibile circa vnumquodque contingēs. Dupliciter ergo eſt deſcripta rhetorica: a principio enim dictum eſt: quod erat aſſecutiua dialectice: et nunc dictū eſt: quod eſt perſuaſiua potentia. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Hoc enim nullius alterius artis opus eſt. Aliarum enim vnaqueque circa ſuum ſubiectum eſt determinatiua et fidefactiua: puta medicinalis de ſanis et egris: et geometria circa paſſiones accidentes magnitudinibus. et ariſmetrica circa numerū. Similiter autem et reliquę artium et ſcientiarum. Rhetorica autem de dato vt eſt dicere poſſe conſiderare perſuaſibile: propter quod et dicimus ipſam nō circa aliquod genus propriū determinatū habere artificialitatem.

¶ Declarat rhetoricā non eſſe determinati generis dicēs: quod nullius alterius artis ſpecialis hoc opus eſt extendere ſe ad vnum quodque genus: quia vnaquęque aliarū artium eſt doctrinatiua: et fidefactiua. id eſt habet creare ſciētiam et credulitatem circa ſuum obiectum: puta medicinalis de ſanis et egris: geometria circa paſſiones accidētes magnitudinibus. ariſmetrica circa numerum: et ſimiliter reliquę artium et ſcientiarū circa determinatum ſubiectum negociātur. Rhetorica autē vt eſt ad vnum: dicere videtur poſſe cōſiderare perſuaſibile de dato contingenti: quia circa quodlibet genus perſuadere poteſt: et propter hoc dicimus ipſam nō habere artificialitatem. id eſt nō habere artificialem conſiderationem circa aliquod genus proprium et determinatum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Perſuaſionum autem he quidē autem inartificiales ſunt. he autē artificiales. Inartificialia autem dico quecūque non per nos acquiſita ſunt: ſed preextiterūt vt teſtes: extorta: conſcriptiones: et quecūque talia. Artificialia quecūque per methodum et per nos effici poſſibile eſt. Quare oportet horū his quidē vti: hec autem inuenire.

¶ Determinat de perſuaſionibus: circa quas eſt rhetorica Et duo facit: quia primo diuidit huiuſmodi perſuaſiones dicēs: perſuaſionum has eſſe inartificiales: has autem artificiales. Secundo declarat membra diuiſionis. ibi. (Inartificialia autem etc.) Circa quod duo facit: quia primo facit quod dictum eſt. Secundo ſubdiuidit artificiales perſuaſiones. Inartificialia autem ſunt quęcūque per nos non ſunt acquiſita: ſed preextiterunt vel vtimur eis tanquam preexiſtentibus: et huiuſmodi perſuaſiones ſunt iuramēta: teſtes: extorta. id eſt tormenta: circūſcriptiones: et quęcūque talia non inuenimus: ſed preſupponimus inuenta. ¶ Dicuntur enim talia inartificialia per comparationem ad artem rhetoricā: quia cum talis ars ſermocinalis ſit: et perſuaſiōes artis ſolū per orationes et ſermones cōuenit eſſe: ideo ſubdit. Artificialia perſuaſibilia eſſe quecūque eſt poſſibile effici per methodum hoc eſt per rhetoricam: et per nos inquantū dictam artem habemus. Et quia ſic ſe habet: quod aliquę perſuaſiōes ſunt artificiales: et aliquę inartificiales harū perſuaſionū: vel horum perſuaſibilium. his id eſt perſuaſibilibus inartificialibus oportet vti. hec autem. videlicet artificialia perſuaſibilia: oportet inuenire. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Earum autē: que per orationē acquiruntur fideierū tres ſpecies. Hę quidē enim ſunt in more loquentis: he autem in eo: quod eſt auditorem diſponi aliqualiter. he vero in ipſa oratione per hoc quod oſtendit: aut videtur oſtendere.

¶ In parte iſta ſubdiuidit artificiales perſuaſiones. Et duo facit: quia primo trimembrē diuiſionē ponit. Secundo oſtēdit quod de omnibus talibus perſuaſionibus ſpectat ad rhetorē conſiderare. Secunda pars ibi. (Quoniam autem perſuaſiones.) Circa primū duo facit. quia primo ponit diuiſionem dictā. Secundo declarat diuiſionis membra. Secunda pars ibi. (Per morem quidem.) Dicit ergo primo quod earū fideierū. id eſt earum credulitatum: fideierū enim eſt genitiuus pluralis de fides fidei. Talium igitur credulitatum vel fideierum: quę acquiruntur per orationem. id eſt per fideierum artificialium tres ſunt ſpecies. he enim ſunt in more loquentis id eſt vnum genus credulitatis ſumitur ex parte dicentis. ſi oſtendat ſe morigeratum et modeſtum: ſiue boni moris. He autem in eo quod eſt auditorem diſponi aliqualiter. id eſt ſecundum genus fidei et credulitatis accipitur: ex eo quod auditor diſponitur aliqualiter et competenter per ſermones paſſionales. He vero in ipſa. id eſt tertium genus credulitatis ſumitur ex ipſa re: quando ex ea competentes orationes: et competentes ſermones: perſuaſiones et enthimemata inuenimus. Per quę oſtendit ſi enthimemata inuenta fuerint bona: aut videtur oſtendere finē. ſi fuerint apparētia. ¶ Fit autē his tribus modis perſuaſio artificialis: et nō pluribus. Nam omnis perſuaſio per ſermonem fit: cū rhetorica ars ſit ſermocinatiua. Sermo autem per ſe ſolū ad tria comparatur: ad dicentem a quo eſt: ad auditorem ad quem eſt: et ad rem de qua eſt. ideo credulitas vel ſumitur ex parte dicentis: et tunc eſt prima credulitas: quę eſt per mores: vel ex parte audientis: et tunc eſt ſecūda credulitas: que eſt per paſſiones ex parte rei: et tūc eſt tertia: quę eſt per rationes et enthimemata. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Per morē quedā cum ſic dicatur oratio: vt faciat dicentē dignum fide. Modeſtis enim magis credimus et celerius de omnibus quidem ſimpliciter. In quibus autem certitudo non eſt.

¶ Declarat membra diuiſionis. et tria facit: quia primo declarat credulitatem ſupradictam ſumptā ex parte dicētis. Secundo ex parte auditoris. Tertio ex parte rei. Secunda ibi. (Auditores autem.) Tertia ibi. (Per orationes.) Circa primum duo facit. quia primo premittit intētionem ſuam. Secundo dat cauſam dicti. ibi. (Oportet autē et accidere.) Dicit ergo primo: quod per morem quędam fit credulitas: cum taliter dicitur oratio: vt faciat dicētem dignū fide. Nam ſiquis per ſuos geſtus et ſermones poteſt ſe modeſtum oſtendere: ſe dignum fide demonſtrat. Nam ſimpliciter quidē de omnibus magis celerius: ſiue citius credimus modeſtis quam alijs. imo in rebus dubijs: in quibus nō eſt certitudo: ſed vtrūque: vel vtrumlibet opinamur: penitus modeſtis credimus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sed et penitus oportet: vt et accidere hoc nō per orationem: ſed propter opinari qualē quēdam eſſe dicentem. Non enim ſicut quedam orationū artem tradentium apponunt in arte modeſtiā dicentis: tanquam nihil conferentem ad perſuaſibilitatem: ſed fere vt eſt dicere principaliſſimā habet fidem mos.

¶ Dat cauſam dicti dicens hic: id eſt credulitatē non accidere

dere

dere per orationē:ſed ꝓpter opinari qualem quendaꝫ dicentem eſſe naturā:cum videamus hominē ſimilr paſſionatum eandem rationem ⁊ eadem verba prolata a modeſto credere dicta:a non modeſto non credere: non erit talis credulitas per orationē:cum eadem ſit:ſed ꝓpter dicentem:quē credimus qualem quendā.ideſt quem credimus modeſtū ⁊ bonū. Ideo non eſt dicēdū ſicut quidaꝫ credentes artes orationū dicunt:apponunt enim.ideſt cōponunt ⁊ fingunt dicentes in arte perſuaſiua modeſtiam conferre nil ad perſuaſibilitatē:qḋ falſuꝫ eſt.imo fere:vt eſt dicere mos bonus:ſiue modeſtia principaliſſimā habꝫ fideꝫ.Et dicit fere:qꝛ per ſe loquēdo fides magis innititur et in enthimematibus ⁊ rationibus.q̇ autē modeſtia ⁊ ṗncipalitatē habeat ad generandā fidem:hoc eſt ex parte credentium. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Per auditores autē cum in paſſionē per orationem perducti fuerunt. Non enim ſimiliter reddimus iudicia triſtes ⁊ gaudētes: vel amātes ⁊ odientes:ſed ſolū dicimus eos:qui orationum artē tradiderūt tentaſſe negociari. De his quideꝫ igitur declarabitur ſm vnumqḋqꝫ quando de paſſionibus dicemus.

¶ Declarat fidem ſumptam ex parte audiētiū:⁊ quattuor facit:quia dicit primo fidem per auditores fieri:cuꝫ ſunt perducti in paſſionē per orationē:cum tamen ſunt paſſionati. Scḋo dat cauſam dicti:quia triſtes ⁊ gaudētes:amātes ⁊ odientes non pariter reddimus iudicia:qꝛ ſm diuerſas paſſiones diuerſimode iudicamus. Tertio addit ꝙ q circa hoc ſolū genus credulitatis tentabant negociari:artem ſermonum tradiderunt.vꝫ.illi:de quibus facta fuit mentio circa principiū proemij. Quarto ſubdit ꝙ de his paſſionibus ſm vnumqḋqꝫ genus paſſionū declarabitur. in ſcḋo:qꝛ de paſſionibus dicemus. Partes patēt legēdo litteram. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Per orationes autem credimus quando verum:aut apparens oſtenderimus ex probabilibus circa ſingula.

¶ Declarat tertiū genus credulitatis:qḋ ſumitur ex parte rei:quia ꝓprie dicit credulitas per oratiōes. Talis credulitas fit quādo verū vel apparens verū oſtendimus ex ꝓbabilibus circa ſingula. Et dic̄ verū ꝓpter rationes veras apparens vero ꝓpter rationes ſophyſticas:vel dicit verū ⁊ apparens:qꝛ rhetoris eſt vtramqꝫ partē orationis ſyllogiſare:ſi contraria pars orationis ſit probabilis: ⁊ apparens. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Qm̄ autē perſuaſiones per hoc ſunt: manifeſtum quidē hec tria eſt accipere eius:qui ſyllogiſare pōt: ⁊ ꝯſiderare:q̄ circa mores ⁊ virtutes: ⁊ tertio q̄ circa paſſiones:qd ſit vnaqueqꝫ paſſionū: ⁊ q̄le ſit ex quibus fiat: ⁊ quomodo.

¶ In parte iſta oſtendit:ꝙ ſpectat ad rhetorem conſiderare de omnibus illis credulitatib⁹. Et duo facit:qꝛ ṗmo facit qḋ dictū eſt. ſcḋo ex habitis cōcludit rhetoricā eē quādam dialecticā applicabilem ad ciuile negociū. Secūda pars ibi.(Quare accidit rhetoricā.) ¶ Intendit ḡ talem rationē. Quātū ad rhetoricā ſpectat perſuadere:cum perſuaſiones ſint vl̄ fiant per hoc.ideſt per iſtos modos:modus enī eſt eius:q pōt ſyllogiſare:rhetorice accipere hec tria.ideſt poſſe cōſiderare de tribus dictis credulitatib⁹. Et ideo addit ꝙ poteſt conſiderare que circa mores quātum ad credulitatem ex parte dicentis:⁊ que circa virtutes q̄tū ad credulitatē:que eſt ex parte rei. ¶ Et accipit hic virtus non ꝓprie:ſed per virtutes intendit locos ⁊ enthimemata rhetorica:in quibus principalr virtus rhetorice conſiſtit:⁊ tertio ſpectat ad rhetorem cōſiderare que circa paſſiones:que ſit vnaqueqꝫ paſſionuꝫ: ⁊ quale quid ſit.ideſt qūo habeat reddere hominē qualem ⁊ paſſionatum: ⁊ ex quibus fiat:hoc eſt:quas cauſas habꝫ vnaqueqꝫ paſſio: ⁊ qūo ſe hꝫ ex ſuis cauſis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quare accidit rhetoricam velut adnatā partem quandaꝫ dialectice eſſe ⁊ negocij:qḋ circa mores:qḋ iuſtuꝫ eſt appellare politicū:ꝓpter qḋ ⁊ induit figurā politice rhetorica: ⁊ contrafieri huius:q̄tū ad hoc ꝓpter ineruditionē: ⁊ quantū ad alia ꝓpter iactantiā:quantū ad alia vero ⁊ ꝓpter alias cauſas humanas. Eſt enī pars dialectice ⁊ ſimilis ſicut ⁊ incipientes diximus. De nullo enīꝫ determinato neutra harum eſt ſcientia qualiter habꝫ:ſed quedā potētie obtinendi orationes. De potentia quidem igitur ipſarum: ⁊ qūo habent adinuiceꝫ dictū eſt fere ſufficienter.

¶ Concludit ex habitis rhetoricam eſſe quādā dialecticā applicabilē ad ciuile negociū: ⁊ tria facit:qꝛ ṗmo ꝯcludit q̇ accidit ex dictis rhetoricam velut natam quandā ptē dialectice eſſe: ⁊ eē eius negocij:qḋ eſt circa mores:quod negocium de iure appellat̄ politicum. Uult ergo phs:ꝙ ex habitis ſequatur rhetoricam eſſe partem dialectice applicabilē ad mores ciuiles:quod ſic declaratur. Naꝫ cuꝫ habitum ſit rhetoricā ṗncipaliter eſſe circa perſuaſiones. perſuaſio autē dicat actum rationis circa materiā ex qua poſſunt cōſurgere paſſiones potētes peruertere intellectū ad credēdū id:qḋ dicitur. Nam circa actus rationis:circa particulares res:rhetorica eſt quedā particularis ars rōnatiua:ſiue quedaꝫ particularis dialectica. ¶ Ex quo notā:ꝙ res ille particulares:ad quas applicant̄ rationes rhetorice:ſunt opera ciuilia: ⁊ hoc eſt rhetoricū eſſe circa mores: ⁊ circa negotium politicū:ꝓpter qḋ ſequit̄ rhetoricaꝫ eſſe induere figurā politice. ¶ Sed quia aliqui negabāt rhetoricam eſſe quandā partem dialectice:addit ꝙ ꝯtra.ideſt contrariū huius facti:ſiue huius dicti ꝙ rhetorica ſit pars dialectice:⁊ ꝓpter diuerſas cauſas ħ dixerat quātū ad hoc.ideſt quantum ad vnum genus cauſe eſſe potuit ꝙ illi talia dixerant ꝓpter ineruditioneꝫ:qꝛ ignorauerūt logicā:quantū ad alia.ideſt alia cauſa eſſe potuit propter iactantiā.ideſt ꝓpter ſuperbiā:quia forte aliqui:qui habebant̄ rhetorici:ex hoc inflati ⁊ ſuperbi nolebant:confiteri rhetoricā partem eſſe dialectice:ne ex hoc dialectici magis honorent̄ q̄ ipſi. Quātū ad alia vero:hoc eſt alie cauſe q̄re negabant rhetoricam quandā partem dialectice eē potuit ꝓpter alias cauſas humanas:vt ꝓpter ciuilem potentiam:vel etiam ꝓpter lucrum:qꝛ forte talia magis conſequebant̄:ſi rhetoricā talem eſſe negabant. ¶ Tertio epilogat dicēs:q̇ rhetorica eſt quedā pars dialectice:vt patꝫ ex his:que nunc dicta ſunt: ⁊ qḋ eſt ei ſimilis:ſicut diximus incipiētes.i.aſſero eā:vt dicit in principio ꝓemij. Ibi enī habitū eſt:q̇ de nullo determinate qualr ſe habeat ē neutra harum ſcientiarū:qꝛ nec dialectica:nec rhetorica ſunt ſcientie:qualr ſe habeat aliqḋ determinatū:ſed ſunt quedam potentie obtinendi rōnes.ideſt ſunt quedā potentie rōnatiue.per quas in orationibus: ⁊ locutiones poſſumus obtinere ⁊ vincere aduerſarios. Igitur de potētia iſtaruꝫ artiū: ⁊ qūo ſe habent adinuicem fere ſufficienter dictum

eſt. Secūda pars incipit ibi. (Et contra facti hmōi.) Tertia ibi. (Eſt enim pars quędam dialecticę.)

AD intelligentiam dictorum tria ſunt declaranda. Primo declarandū eſt. vtrū rhetorica ſit alicuius generis determinati: vl' vtrum de omni dato perſuaſiones poſſint formari. Scdo determinandū eſt. vtrū rhetorica dialecticę ſubalternetur. Tertio videndum erit: cum rhetorica ſit quędam potētia ratiocinatiua circa opera ciuilia: et ordinem habeat ad dialecticam et politicam: cum dicatur pars dialecticę. vtrum poſſit dici pars politicę. ❡ Circa primū notandum: ꝙ ſicut eſt in virtutibus moralibus: ſic eſt in ſcientijs: et potiſſime in rhetorica et dialectica habet eſſe. Uidemus enim in dictis virtutibus duplicē materiam: vnam proximā: et aliam quaſi remotam: vt in magnanimitate ꝓpria materia videtur eſſe honor. Remota autem videtur eſſe materia: circa quā negociant̄ alię virtutes. Naꝫ omne ex quo pōt conſurgere honor: eſt aliquo modo materia magnanimitatis: et quia ex actibus virtutū et ex materia ipſaꝝ poteſt ꝯſurgere honor: magnanimitas aliquo modo negociatur circa omnes virtutes: vnde phs vult ꝙ magnanimitas operatur magnū in omnibus virtutibus. Sicut etiā in temperātia et in fortitudie poſſum⁹ diſtinguere duplicem materiā. vꝫ. paſſiones: et ea ex qbus paſſiones conſurgunt: ſimili modo in dialectica et rhetorica ſicut materia propinqua ſe habent actus rationis: ſicut remota ſe habent res: ad quas huius rationis actus ſunt applicabiles. ❡ His viſis declarare poſſumus dialecticā et rhetoricam non eſſe circa determinatum genus. Nam ſi volebamus accipere materiā harū: actus rationis circa quos īmediate verſantur: nō ſunt talia determinati generis: eo ꝙ ratio male ſit terminabilis termino ꝓpzio: ſemper enim ratio ſm ꝙ hꝰ tendit in aliquid: vt in illud: de q̄ eſt. Si vero materiam diuerſarū partium accipere volumus res: ad quas ſunt applicabiles rationes: adhuc veruꝫ eſt eas non eſſe determinati generis. Nam et ſi rhetorica magis eſt applicabilis ad facta ſingularia: ſiue ad opa politica: vel ad ea: ex quibus paſſiōes cō ſurgere poſſunt: dialecticā vero magis ad aliaꝫ: ꝓpter hoc debere dicere rhetorem verſari circa determinatum genus. Non eniꝫ ſolū perſuadere habet circa ea: quę conſurgunt ex vbi: ꝙ non poſſint perſuadere circa ea: quę conſurgunt ex quali: vel circa actionem et paſſionē: ſiue circa alia predicamēta: qd non eſt in geometria: cum magnitudo terminet̄ ad genus quantitatis continue: nec in ariſmetrica: quę determinat̄ ad genus q̄titatis diſcrete: nec in alijs artibus. ❡ Et iſto modo phs indeterminationē generis videtur ſaluare in rhetorica: vt quia circa quodlibet contingens datum perſuaſiones poteſt conſpicere. Poſſemus tamē dicere ſi vellemus: qd licꝫ rationum rhetoricaruꝫ videat̄ eſſe ꝓprius vſus circa materiam politicaꝫ. poteſt tamen vſus earum adaptari ad materiā aliaruꝫ ſcientiarū. ❡ Unde Alfarabius in ſuis pręambulis ſuper rhetorica ait: ꝙ ꝯuenit orationibus perſuaſiuis vti in ſcientijs. veruꝫ earum vſus in ſcientijs non habet vſum ſcientialem. ſed incedit via rhetoricali in non ſubiectis rhetoribus: ꝓpterea ꝙ ſubiecta rhetorica ꝓpria ipſius: in quibus viam habet perſuadendi: ſunt ſingularia.

SEcundo declarandum eſt. vtrum rhetorica ſubalternetur dialecticę. ❡ Propter qd notandum ſubalternationē poſſe ſumi dupliciter: large et ſic qūlibꝫ ſuperi⁹ iferiora ſibi ſubalternat: et iſto modo metaphyſica: quę eſt ſupprema ī ſciētijs: cęteras alias ſibi ſubalternat: et ſic accipiendo ſubalternationem rhetoricam dialecticę ſubalternatur. Nam in quolibꝫ genere: quod attingit: optimum et ſupprēmuꝫ excellit alia: quę illud nō attingunt: ſicut prima phia conſiderans deum: qui eſt quid optimum: cęteras alias ſcientias ſpeciales excellit: et ſicut in genere rerum eſt dare vnam rem optimaꝫ: vt primā cauſam: circa quā verſatur ſupprema ſcientiaruꝫ realium: ita in genere rationum eſt dare vnam rem optimam: vt ſyllogiſmum: qui eſt ad concludendum violentior: et ad contradicēdū efficacior: circa quā verſat̄ dialectica. Propter quod inter ſcientias rationales ſequit̄ dialecticaꝫ ſuperiorem eſſe. imo ſm viaꝫ pręctactaꝫ eſt magis ſupprema dialectica inter rationales q̄ metaphyſica inter reales. Naꝫ ſi ex optimo talis excellētia accipitur: q̄to magis attingitur optimum: tanto excellētia eſt potior: qꝛ dialectica eētialius reſpicit optimā rationum q̄ metaphyſica optimū entiū: eo ꝙ ſyllogiſmus magis ſit ſubiectuꝫ in dialectica: q̄ deus in phia pria. Opꝫ nos dīc ſm hāc ꝓportionē aliq̄ modo dialecticā magis eſſe excellentē inter rōnales: aut magi ſupare rhetoricā q̄ metaphyſica: alias igit̄ ſꝫ tactū ſubalternatiōis rhetorica ſubalternat̄ dialecticę. ❡ Sed ſi proprie ſubalternationē ſumere volumus: ꝫ ut de ea determinat phs in primo poſteriorū caplo de ſubalternatione ſcientiarū: ſubalternationē inter dictas ſcientias ſaluare nō poſſumus: qd duplici via declarari poteſt. ❡ Prio ex ordine: qui requirit̄ inter ſcientiā ſubalternantē et ſubalternatā. ❡ Scdo ex vniuoco modo procedendi: ſic enī imaginari debemus: ꝙ ſubalternatio quendaꝫ importat ordinem qd ex ipſo nomine demonſtratur. nam ex eo ꝙ aliquid eſt ſub alio: et ad aliud ordinatur: illi ſubalternari dicitur. Quę ergo per ſe non habent ordineꝫ ad inuicem: inter ea per ſe ſubalternatio eſſe non poteſt. ideo requirit̄ illud per ſe conſiderari a ſcientia ſubalternāte: circa quod verſatur ſcientia ſubalternata: ꝓpter qd ſicut nō dicim⁹ ſophiſticaꝫ ſubalternari dialecticę: qꝛ ſophiſma de quo cōſiderat ſophiſticus per ſe: cōſiderat dialecticus per accñs: inquātū eſt obliquitas artis: ſic non debemus dicere rhetoricam ſubalternari dialecticę: quia enthimema: de quo eſt rhetorica per ſe: conſideratur a dialectico per accidēs quodāmodo. vꝫ. ꝓut deficit a ſyllo: de quo conſiderat per ſe. ❡ Poſſumus etiam oſtendere ex mō procedendi proprie rhetoricam dialecticę nō ſubalternari. nā niſi eēt q̄ſi modus vniuocus procedendi et demonſtrandi. inter ꝑſpectiuuꝫ et geometram: vt quia vterqꝫ per lineas et triangulos: vna alteri non ſubalternaret̄. Sic naturalis quantuꝫ ad illam partem: quę eſt de yride non procederet per reflexionem lucis: et ꝑ pyramidem conſtitutā ex angulis incidentię equalibus angulis reflexionis vt procedit perſpectiuus: ei nō ſuablternaretur. Et qꝛ modus procedēdi rhetoricus eſt alius a modo procedendi dialectico: et circa aliam materiam applicabilis: inter eas ſubalternatio ſaluari non poteſt. imo ſicut per rationes logicas aggenerat̄ modus ſciendi: qui non aggeneratur per rationes artiuꝫ et realium: cuꝫ per eas aggeneretur ſcientia: dialectica nō ſubalternat ſibi reales ſcientias: nec econuerſo: ita qꝛ per rationes rhetoricas aggeneratur fides: quę non aggeneratur per dialecticas: cum per eas aggeneretur opinio dialectica non ſubalternat ſibi reales ſcientias: nec econuerſo.

TErtio declarandū eſt: ꝙ he rationes rhetoricę ſint applicabiles ad negocium politicum: quaſi ad propriam materiaꝫ: magis tamen debet rhetorica dici quędaꝫ dialectica q̄ quędam politica. Nam vt habituꝫ eſt: actus rationis ſunt id circa qd īmediate verſatur rhetorica. Facta vero ciuilia ſunt: quaſi materia eius remota: et quia habitus ſortitur ſpeciē ex eo: circa quod verſat̄ imediate

immediate:ſicut erit rhetoꝛ magis rationalis artifex ꝙ̃ realis:quia immediatius verſatur circa rationes ꝙ̃ circa res:ſic magis eſt dialecticus ꝙ̃ politicus:cum ex eo ꝙ re ſpicit rationes conueniat cum dialectica:ratione vero rei ad quam rationes ille applicantur:vt ratione operum ci uilium ſit negocium circa mores. ¶ Ideo notandum:ꝙ facta ſingularia:ex quibus conſurgunt paſſiones:ſi com parant̄ ad mãm ciuilē ſcīam:ſm quā non conuenit ama re:vel odire:dicunt̄ ꝑpria materia:ſʒ ſi ꝯparant̄ ad actus rationis:vt ad perſuaſiones.ſunt quodāmodo mã extra nea:ꝓpterea poſſemus diſtinguere triplicē mãm rhetori cę.vʒ.mãʒ oino ꝓpriā vt actus rõnis:quaſi oino extraneā vt res vlēs.⁊ medio modo ſe habētēʒ vt facta ſingularia quę quodāmodo materia propria ſunt rhetoricę:licʒ non adeo vt actus rationis.

Earuʒ ēt preoſ̃dere:aut apparere oſtendere ſicut ⁊ in dialecticis. Hoc quidē inductione.hoc autē ſyllogiſmis.hoc aūt apparens:⁊ hoc ſimilr̄. Eſt eniʒ exemplū qui deʒ inductio. Enthimema quidē ſyllogiſmus. Voco autem enthimema quidē rhetoricum ſyllogiſmum:exemplum autem rethoricam inductionem.

¶ In parte iſta vult oſtendere auctor:quibus inſtrumētis vtatur rhetorica:⁊ duo facit:qꝛ primo oſtendit eaʒ vti en thimemate ⁊ exemplo gnāli. Scdo de dictis inſtrumen tis magis ſpāliter loqt̄. Scda ibi.(Nunc autē de ipſis.) Circa primū duo facit. Primo facit qd̾ dictum eſt. Scdo dat differētiā inter enthimemata ⁊ exēplū. Scda ps ibi. (Quę aūt eſt differentia.) Iterū pma pars diuidit̄ in du as:qꝛ pmo oſtendit rhetoricā vti enthimemate:qd̾ redu citur ad ſyllm.⁊ exēplo qd̾ reducat̄ ad inductionē. Scdo dat cauſaʒ dicti. Scda pars ibi.(Oēs autēʒ pſuaſiones.) Dicit ergo ꝙ ſicut in dialecticis eorū ratio p quę volum⁹ pręoſtendere quātū ad rationes veras:aut apparere oſtē dere quantū ad alias.hoc quidē dictarū.ſcʒ rationum eſt inductio:ħ autē apparēs ſylls.ħ aūt ſylls.⁊ hoc.i.in rheto rica ſimilr̄ ſe habʒ. Naʒ exemplū ibi eſt inductio:enthi mema vero eſt ſylls:nihil eni eſt aliud enthimema ꝙ̃ rhe toricus ſylls:⁊ exēplū ꝙ̃ rhetorica iductio. ¶ Deide.c.d.

¶ Omnes autē perſuaſionē faciunt preoſten dere:aut exempla dicentes:aut enthimema:⁊ preter hoc nihil. Quare ſi quidē ⁊ totaliter ne ceſſe ſyllogizantē:aut inducentem oſtendere quodcūqʒ. Palam autēʒ nobis hoc ex analec ticis:neceſſarium vtrumqʒ ipſoruʒ vtriqʒ ho rum idem eſſe.

¶ Probat inſtrumenta rhetorica reduci ad inſtrumenta dialectica. Naʒ ſi omnes perſuaſiones rhetoricę faciunt pręoſtendere ex eo ꝙ facientes huiꝰ rōnes ſunt dicentes exempla:aut enthimemata.⁊ ꝑter hoc nihil:qꝛ rōnes rhe toricę ſolū dicunt̄ exempla ⁊ enthimemata:ex quo palaʒ eſt nobis ex analeticis.i.ex libro priorū:qꝛ volentē oſten dere qdcūqʒ.aut quęcūqʒ taliter:neceſſe eſt ipſum ſyllogi zantem:aut inducentē eſſe.i.ex quo ois ratio:vel reducit̄ ad ſyllm:vel ad inductionē:quę ſunt inſtrumēta dialecti ca:⁊ enthimemata ⁊ exempla:quę ſunt inſtrumenta rhe torica reduci ad dialectica inſtrumēta.ideo ſubdit neceſ ſariū eſſe vtrūqʒ ipſorū.vʒ.enthimema ⁊ exemplum eſſe idem vtriqʒ horum.ideſt ſyllogiſmum ⁊ iductionē. Quo autem omnis ratio reducitur ad ſyllogiſmū ⁊ iductioneʒ ⁊ qualiter enthimema ⁊ exempluʒ reducantur ad iſta:in fine lectionis declarabitur. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Que autēʒ dr̄ia exēpli ⁊ enthimematis ma nifeſtū ex topicis. Ibi eni de ſyllogiſmo ⁊ idu ctione dictuʒ eſt prius:qꝛ hoc quidē in multis ⁊ ſimilibus oſtendere ꝙ ſic habʒ:ibi quidem iductio eſt:hic aūt quibuſdā entibus aliquod exemplū ꝓpter hec accidere ꝑter iſta:eo ꝙ hic ſunt vtiliter vt in pluribus:ibi quidē ſyllogiſ mus:hic autem enthimema vocatur.

¶ Dat differentiā inter exemplū ⁊ enthimema:⁊ tria facit quia primo facit quod dictū eſt. Scdo concludit id enthi memate ꝙ̃ exemplo vti rhetoricā. Tertio comparat per ſuaſibile per exemplum ad perſuaſibile per enthimema. Scda pars ibi.(Manifeſtū āt.) Tertia ibi.(Perſuaſibi le quidē igitur.) Dicit ergo pmo ꝙ differētia exēpli ⁊ en thimematis manifeſta eſt ex topicis.i.primo topicoꝝ:ibi eni de ſyllogiſmo ⁊ inductione dictum eſt. Prius eniʒ ha bitum eſt ibi:ꝙ hoc quod.ideſt ꝙ inductio eſt oſtende re in multis ⁊ ſimilibus:quia ſic habʒ. Nam inductio vt in libro topicoꝝ habet̄ eſt a particularibus ad vlē.vnde eſt trāſibilioꝛ ⁊ planioꝛ:⁊ ſm ſenſum notioꝛ:⁊ pluribus cō munis:⁊ qd̾ ibi hoc eſt in dialectica eſt inductio.hic ideſt in rhetorica eſt exemplum:aut pro ſed.ideſt ſyllogiſmus habet eſſe quibuſdā entibus.i.ꝑmiſſis alterū aliqd̾.ideſt cōcluſionē ꝓpter hęc.ideſt propter pręmiſſas oſtendere. Naʒ concluſio:quę eſt aliud a pręmiſſis accidit ꝓpter pię miſſas:vt quia.ideſt pręmiſſe verę ſunt vniuerſalr̄:aut in pluribus:⁊ ꝙ ibi hoc eſt in dialecticis eſt ſyllogiſmus.hic ħ eſt in rhetorica:vocat̄ enthimema. Vult ergo dicere:ꝙ quia in topicis eſt differentia habita inter ſyllogiſmum ⁊ inductionē:de leui patʒ differentia inter exemplum ⁊ en thimema:cum enthimema ſit quidam ſyllogiſmus:exē plum vero quedam inductio. ¶ Ad intelligentiam huiꝰ notandum pħm dediſſe duplicem differentiā inter ſyllo giſmum ⁊ inductioneʒ. Unā que tacta eſt.vʒ.inductionē eſſe ex multis particularibus ſimilr̄ ſe habentibus ad ali quod vniuerſale. Syllogiſmū vero eſſe orationeʒ:in qua quibuſdā poſitis pręmiſſis cōcluſio accidit ꝑp illas. Aliā autem in ſcdo priorū.vbi dicitur ſyllogiſmū per medium cōiungere maiorē extremitatē minori. Inductionē vero per tertium.ideſt per minorem extremitateʒ coniungere maius extremum medio.quia autē differentia data in li bro priorū ſubtilioꝛ erat:⁊ minus ad propoſitū ꝙ̃ differen tia data in libro topicorum:adeo adduxit illam ⁊ non iſtā. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Manifeſtū autē ⁊ ꝙ vtrūqʒ habʒ ſpēs rhe toricę. Sicut aūt ⁊ methodicis dictū eſt:⁊ in his ſimilr̄ habʒ:ſūt eniʒ he quidē exemplares rhetoricę:he aūt enthimematice ⁊ rhetoricę: ſilr̄ hi qdē exēplares:hi aūt enthimematici.

¶ Concludit ꝙ ſpecies rhetoricę:hoc eſt rhetorica habet vtrūqʒ.ideſt vtitur vtroqʒ inſtrumento:exemplo ⁊ enthi memate.quia ſicut in methodicis.ideſt in topicis dictuʒ eſt de inductiōe ⁊ ſyllogiſmo:⁊ in his hoc eſt in rhetoricis ſimiliter ſe habet quantum ad enthimema ⁊ exemplum. Sunt enim orationes rhetoricę extra res:hę autēʒ enthi mematicę.ſic ⁊ rhetores:qui talibus orationibus vtūtur quidaʒ ſunt extra res:qdā enthimematici. ¶ Deide.c.d.

¶ Perſuaſibile quidē non igit̄ non minus ora

tiones:que per exempla. Turbanť aūt magis enthimematice. Cauſam autē ipſoꝝ: ⁊ quō vtendum dicemus poſterius.

¶ Oſtendit orationes per exempla nō eſſe minus pſuaſibiles ꝗ̄ enthimemata.nā homines vulgares:qui ſunt auditores rationū rhetoricarū volentes melius capere exempla:turbanť magis:ſiquis eni loquiť enthimemate. Unū addit ꝙ cauſam hoꝝ.vȝ.ꝙ enthimemata plus turbāt auditorē ꝗ̄ exempla: ⁊ quō vtendū eſt vtroqȝ.i.enthimemate ⁊ exemplo.poſterius diceť. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Nunc aūt de ipſis his magis determinem⁹ liquido. Qm̄ eni perſuaſibile alicui pſuaſibile eſt: ⁊ hoc quidem confeſtim exiſtit ꝓpter ſe pſuaſibile ⁊ credibile. Hoc autē eo ꝙ videatur oſtendi per talia.

¶ In pte iſta magis in ſpāli inquirit de pſuaſionib⁹ rhetoricis: ⁊ duo facit.qꝛ p̄mo inquirit qualr̄ rhetores perſuadere debent. Scd̄o ex hoc inueſtigat ex quibus conſtent enthimemata ⁊ exēpla:per que fiunt pſuaſiones rhetoricę. Scd̄a ps ibi.(Qm̄ aūt ſūt pauca.)Circa p̄mū duo facit.qꝛ p̄mo diſtinguit perſuaſibile.ſcd̄o adaptat diſtinctionē ad propoſitum.ſcd̄a pars ibi.(Nulla aūt ars.)Dicit ergo ꝙ determinandū eſt de ipſis perſuaſionibus magis liquido: ⁊ magis clare.diſtinguēdo perſuaſibile ꝓpter ſe:hoc quod propter ſe perſuaſibile eſt: confeſtim diſtinguit per ſuaſibile ⁊ credibile:hoc aūt qd̄ ē pſuaſibile huic:eſt tale:eo ꝙ videať oſ̄di ꝑ talia.i.pſuaſibilia huic. ¶ Deīde.c.d.

¶ Nulla autē ars conſiderat particulare puta medicinalis qd Socrati ſanū ē: aut Callie:ſȝ quid tali:aut talibus.hoc eniȝ artificiale. Qd̄ ſcd̄m vnūqdqȝ infinitū: ⁊ nō ſcibile:neqȝ rhetorica qd̄ ſecundū vnūqdqȝ ꝓbabile cōſiderabit: vt Socrati vl̄ Yppie. ſed qd̄ pſuaſibile talibus:ſicut dialectica. Etenim illa ſyllogizat non ex quibuſcūqȝ: viderēť eni quedā ⁊ deliris. Sȝ illa quidē oportunis. Rhetorica autē ex iam conſuetis conſiliari.

¶ Ex diſtinctiōe data inueſtigat quō rhetorica de pſuaſibili intendit. ⁊ duo facit:qꝛ p̄mo oſtendit rhetoricā non itēdere de perſuaſibili huic.ſcd̄o dat modū:quō negociatur circa perſuaſibile ſimplr̄.ibi.(Eſt autē opus.)Dicit ergo ꝙ nulla ars cōſiderat particulare:vtputa medicinalis nō cōſiderat quid ſit ſanū Socrati:aut Callię:ſed qd tali:vt puta quid tali egritudini:aut talibus.i.laborātibus in egritudine illa: ⁊ dat cām dicti:qꝛ h̄.i.vl̄e eſt artificiale:ſiue ſcibile:qd̄ autē ſm̄ vnūquodqȝ.i.particulare ⁊ ſingulare eſt infinitū: ⁊ non ſcibile: ⁊ ſicut medicinalis non cōſiderat ſanū huic:ſic rhetorica non cōſiderabit ꝓbabile:vel pſuaſibile ſm̄ vnūqdqȝ ſingulariū:vtputa Socrati vel Yppię ſed ꝙ eſt perſuaſibile talibus.i.ſic paſſionatis:vel illo mō ſe habentibus:ſicut dialectica:quę non ſyll̄at de his:quę videnť iſti vel illi:vel de his:quę videnť quibuſcūqȝ:qꝛ aliqua videntur deliris ⁊ ſtultis:differēter tn̄ dialectica aſſumit probabilia: ⁊ rhetor perſuaſibilia:quia dialectica aſſumit probabilia optima ratiōi:ſiue cōpetentia ipſi ſermoni. Rhetor vero magis arguit ex conſuetis conſiliari: ꝙ talia magis aquieſcibilia ſunt. Aquieſcimus enim his quę ſoliti ſumus audire. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Eſt autē opus ipſius ⁊ de talibus:de quib⁹ cōſiliamur: ⁊ artes nō habemus: ⁊ inter tales auditores:qui nō poſſunt per multa conſpicere:neqȝ ratiocinari a longe.

¶ Dat modū ⁊ documenta:quę pſuadere debemus: ⁊ duo facit:qꝛ p̄mo pręmittit documenta.ſcd̄o aſſignat cauſam dicti.ſcd̄a ibi.(Cōſiliamur aūt.)Pręmittit ergo duo documenta:quorū primū ſumitur quantū ad ea:de quibus perſuadere debemus.vnde ait:ꝙ opus ipſius rhetoricę ē perſuadere de talibus:de quibus conſiliamur: ⁊ artes non habemus. Scd̄m documētū eſt quantū ad modū arguēdi:debemus eni breuiter ſyllogiçare:qꝛ tales pſuaſiones fiunt inter auditores populares:qui non poſſunt conſpicere:nec ratiocinari a longe. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Conſiliamur āt de his:q̄ videntur ꝯtingere vtroqȝ modo ſe habere. De ipoſſibilibus eni aliter aut facta eſſe:aut fore: aut habere null⁹ conſiliať ita exiſtimans. Nihil enim plus.

¶ Manifeſtat predicta documenta: ⁊ p̄io manifeſtat p̄mū.ſcd̄o ſcd̄m.ſcd̄a pars ibi.(Haud ſic ꝯtingit.)Oſtēdit ergo p̄mo ꝙ pſuaſiones ſunt de cōſiliabilibus:qꝛ nos cōſiliamur de his:quę videnť cōtingere vtroqȝ modo ſe habere. De impoſſibilibus eni aliter hr̄e:aut aliter facta eſſe aut alr̄ fore nllus:ꝗ ſan⁹ eſt mētis:ꝯſiliať ita exiſtimās:ꝙ per conſiliuȝ ſuum talia inueniť:nihil enim plus.i.ꝓpter noſtrū conſiliari neqȝ plus:neqȝ minus talia eſſe habēt: ⁊ quia opera humana:de quibus perſuaſiones fiunt: ſunt que contingunt aliter ſe habere: ⁊ de quibus conſiliamur: opꝫ autē ſaltem vt in pluribus circa cōſiliabilia pſuaſiones eſſe. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Haud ſic contingit conſiliari ⁊ concludere. Hoc quidē ex ſyllogizatis prius. hoc āt ex nō ſyllogizatis:oportunis autē ſyllogiſmo:ꝓpterea ꝙ non ſunt opinatiua. Neceſſe habȝ horū hec qdem non eſſe bene aſſequibilia ꝓpter lōgitudinē.iudex eni ſupponiť eē ſimplex. Hec autē non perſuaſibilia:ꝓpterea ꝙ neqȝ ex confeſſis ſint:neqȝ ex opinabilibus:quare neceſſarium enthimema eſſe ⁊ exemplū de contingētibus aliter ſe habere vt mlťa:exemplū quidē inductionē:enthimema autē ſyllogiſmum.

¶ Oſtendit documentuȝ.vȝ.perſuaſionē rhetoricā debere ex paucis eſſe: ⁊ p̄mo facit:qd̄ dictuȝ eſt. Scd̄o ex hoc concludit ſyll̄os rhetoricos aliquādo habere conſtare ex vna propoſitione.ſcd̄a ibi.(Et ex paucis.)Dicit ergo ꝙ haud.i.non ſic contingit cōſiliari ⁊ cōcludere:hoc quidē ex ſyllogiçatis prius:hoc aūt ex non ſyllogiçatis: operatiuis aūt ſyll̄o:ꝓpterea ꝙ non ſunt opinata.q.d.ꝙ in perſuaſione rhetorica nō debemus ſyllogiçare ⁊ proſyllogiçare:nec adducere nō ſyllogiçata:quę quia nō manifeſta ſunt ſyllogiſmo indigent. Nā cū in talib⁹ iudex ⁊ auditor ſupponať ſimplex ⁊ groſſus:neceſſe habeť:vt quoꝝ.i.h̄ de numero dictoꝝ.vȝ.ſyllogiçata indigere:cū ſyllogiſmo non erant perſuaſibilia:qꝛ non ſunt confeſſa:neqȝ opinata. ¶ Cōcludit aūt quantū ad primū documētū:ꝙ enthimemata ⁊ exemplū rhetoricū debēt eſſe de cōtingentib⁹ aliter ſe habere:vt multa.i.vt in pluribus:quia:vt īfra patebit:aliqua enthimemata fiunt quodāmodo ex neceſſarys: ⁊ addit ꝙ exēplū ſic ſe hȝ ſicut īductio. Enthimema autem ſicut ſyllogiſmus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et ex paucis ⁊ ſepe paucioribus ꝗ̄ ex quibus primus ſyllogiſmus. Si eniȝ ſit aliquid

boꝛum notũ nihil opꝫ dicere. Ipſe eñi auditoꝛ hoc appõit: puta ꝙ Doricus coꝛãbeleus agonem deuicit. Sufficiens dicere ꝙ olimpia deuicit. hoc autez ꝙ coꝛonalis olimpia nihil opꝫ apponere. cognoſcunt enim omnes.

℄ Oſtendit aliquãdo enthimema rhetoricũ debere cõſtare ex vna premiſſa. naꝫ licꝫ ex vno nihil ſequat̃: tñ ſi altera premiſſarũ eſt nota exponenda: ideo dicit: ꝙ enthimema rhetoricum debꝫ cõſtare ex paucis: ⁊ ſepe ex paucioꝛibus: ꝙ̃ ꝑmus ſyll̃s. idest ꝙ̃ ſyll̃s ſyllogiçatus ſiue nõ computata pꝛoſyllogiçatione: qꝛ quando altera pꝛemiſſarum eſt nota: nõ opꝫ dicere eaꝫ. Ipſe eñi auditoꝛ apponit ipaꝫ: vtputa ſiquis vellet pꝛobare: ꝙ Doricus deuicit agonem coꝛonalẽ. idest deuicit bellum: ex quo debꝫ coꝛonari: ſufficit dicere ꝙ deuicit olimpiaꝫ: ſi notum eſſet ꝙ tali victorię deberet̃ coꝛona. Si ğ ex h̃ deberet fieri ſyll̃s: diceret̃ quicũqꝫ deuicit olimpiã: debꝫ coꝛonari: Doricus deuicit olimpiã. ergo ⁊c̃. Sed ſi ſit enthimema: tacet̃ maioꝛ: non eñi opꝫ apponere ꝙ olimpia ſit coꝛonalis: vt quicũqꝫ deuicit olimpiã ꝙ ei debeat coꝛona: quia vt poſitum eſt: hoc omnes cognoſcunt.

HIc declarandũ eſt. Utrũ omnis oſtẽſio reducatur ad ſyllogiſmũ ⁊ inductionem. ℄ Propter hoc animaduertendũ: an omnis ratio reducitur ad ſyllogiſmũ: aut inductionẽ licꝫ aliqua de neceſſitate concludat: que ꝓpe nec eſt inductio: nec eſt ſyll̃s: vt ſi dicerem: nulla ſubſtãtia interempta non interimit̃ ſubſtantia: ergo partes ſubſtãtie ſunt ſubſtãtie. vt igitur iſta reductio appareat. ℄ Notandũ ꝙ homo ꝓpꝛie rõnalis: modicũ autẽ itellectualis eſt: dicit eñi intelligere ſimpliciter cognitionẽ ſine diſcurſu: rõnari vero diſcurſum impoꝛtat: ideo ſubſe ſeparate: qꝛ ſimplr̃ veritatẽ intuent̃: ⁊ abſqꝫ diſcurſu cognoſcunt: ſimpliciter intellectuales ſunt. Nos vero quoꝛuꝫ cognitio eſt diſcurſiua: ⁊ noſtrũ intelligere eſt cũ continuo tẽpoꝛe: ſimpliciter rõnales ſumus: participamus autẽ modicũ de intellectualitate: vt quantũ ad ꝓpꝛia ꝑncipia: que quaſi exiſtentia locus ianue in domo ſine diſcurſu cognoſcimus. exceptis igitur ꝑncipijs: ad quę non eſt ratio: oĩa alia non ſimplr̃ ſunt vera: verũ qꝛ nõ eſt nobis inata cognitio ſimpliciter: nõ eſt nobis inata ꝑncipioꝛũ cognitio: qꝛ vt ſcribitur ſcd̃o poſte. icõueniẽs eſt nos habere nobiliſſimos habitus: ⁊ latere nos. Fiũt hmõi ꝑncipia nota via ſenſus: memoꝛie ⁊ experientię: ꝓpter qd̃ ꝯcludere poſſumus: ꝙ quęcunqꝫ ſcimus: vel ſcimus ꝑ experientiã: vel per artem. nã ſi preter artem ⁊ experientiaꝫ contingat nos bene facere: hoc eſt caſu: vel aliquo preſuppoſito: de quo nobis non ſit cure. ℄ Dicere ergo poſſumus oẽm rõneꝫ noſtrã reduci ad ſyll̃m vel inductionẽ: ſicut ⁊ oĩs nr̃a cognitio aliq̃ mõ ad artem vel ad experimentũ pertinet: cuꝫ inductio ſit rõ eoꝛũ: quę per experientiã ſcimus: ſic enim imaginari debemus ꝙ experimentuꝫ duplr̃ ſumi põt. Primo vt ab arte deficit: ⁊ ſic expertoꝛũ quodãmodo nõ eſt agere ſm̃ rõnẽ: ſed ſm̃ ꝯſuetudinẽ: vt in ꝑmo metaphy. dic̃ expertes modicum differre ab inanimatis. differũt eñi quia illa agũt per nãm: ipſi aũt per cõſuetudinẽ. Scd̃o põt accipi experimentũ ſm̃ ꝙ eſt iductiuuꝫ artis iuxta illud. Experiẽtia fecit artem: inexperientia caſuꝫ: ⁊ ſic experti eſt vti inductione: vt qꝛ vidimus ⁊ habemus in memoꝛia: ꝙ hec herba: vtputa reubarbarũ purgauit colerã in hoc ⁊ in illo inducentes in multis facimus vnã pꝛopoſitionẽ vl̃em: quę eſt ꝑncipiũ artis ⁊ ſcientię: vt ꝙ oẽ reubarbarũ purgat colerã: ideo dictũ eſt: ꝙ inductio eſt veriſimilioꝛ ⁊ planioꝛ: ⁊ ſm̃ ſenſum notioꝛ: eo ꝙ a ſenſibilibus ad vl̃ia pꝛocedat: qui proceſſus eſt ꝓpꝛius expertoꝛũ: qui per experientiã manu ducunt̃ in artem: ſyllogiſmo aũt quaſi velocioꝛi ⁊ ad concludendũ efficacioꝛi vtitur ars vel ſcia: ad quaꝫ vt ad cõpletioꝛẽ experientiã oꝛdinat̃. Eſt ergo vna via ad reducendũ oẽm orationẽ nr̃am in ſyll̃m ⁊ inductionẽ ex parte experimenti ⁊ artis: quę pꝛędictis inſtrumẽtis vtantur. Secunda via ad oſtendendũ hoc idẽ ſumi pot ex his: in quibus rationamur. Naꝫ omnis ratio nr̃a vel eſt ad ꝑncipia: aut eſt iductio: ad ea quę ſequunt̃ ex ꝑncipijs: ad ꝑncipia autẽ eſt inductio ad ea: quę ſequunt̃ ex ꝑncipijs eſt ſyll̃s nam cum dicat̃ ꝙ ad ꝑncipia nõ eſt ratio: intelligendum eſt de rõne ſyllogiçata. Nam per ſyllogiſmũ non poſſunt cõcludi ꝑncipia ſcd̃ꝫ ꝙ hmõi ſine petitione ꝑncipij. Poſſũt tamẽ ꝑncipia per inductionẽ oſtẽdi: ⁊ ideo ſcribit̃ ſcd̃o poſ. rũ: ꝙ iductio oñdit extremũ de medio per tertiũ. ſyll̃s vero extremũ de tertio ꝑ mediũ. Tertia via ad oſtendenduꝫ h̃ idẽ ſumit̃ ex parte noſtra. nam oĩs nr̃a ratio vel ſumitur ex eo ꝙ ex admirari cepimus philoſophari: vl̃ ex eo ꝙ accipimus oꝛdinem in contrariũ ei: qui eſt a ꝑncipio queſtionũ: eſt eñi inductio: qꝛ eſt magis ſenſibile iſtrm̃ magis rationibus competens: vt philoſophari incepimus. Syll̃s vero: cuius eſt magis per cauſaꝫ incedere: competit nobis iaꝫ inſtructis. Quare igitur oĩs ratio: vt tripliciter eſt oſtẽſum: ad ſyllogiſmũ ⁊ inductionẽ reducit̃: opꝫ exemplaꝫ ⁊ enthimema reduci in illa. Reducit̃ eñi exemplũ in inductionem. Enthimema vero in ſyll̃m: quod quõ ſit in fine lectionis ſequentis dicetur.

QUoniã ſũt pauca qdẽ neceſſaria: ex qbus rhetorici ſyllogiſmi ſunt multa enim de quib[9] iudicia ⁊ cõſiderationes contingunt ⁊ aliter hr̃e. De his eñi que agũt ꝯſiliant̃ ⁊ tractãt: que ãt agunt̃ oĩa talia generis ſũt: ⁊ nihil hoꝛũ vt conſequẽs eſt dicere ex neceſſitate. Ut in pluribus etiã contingentia ex talibus alteris neceẽ ſyllogizari. Neceẽia ãt ex neceſſarijs

℄ In parte iſta oſtendit phs ex quibus enthimema: ⁊ exẽplum. Et duo facit: qꝛ ꝑmo oſtẽdit ex quibus eſt enthimema. Secũdo declarat quõ habeat fieri exẽpluꝫ. Secũda pars ibi. (Exemplũ autẽ.) Circa pꝛimũ duo facit. naꝫ pꝛimo oſtendit enthimema ex ycotibus ⁊ ſignis. Secundo declarat qd ycos: ⁊ quid ſignũ. Scd̃a pars ibi. (Ycos qdeꝫ enim.) Circa pꝛimũ tria facit: qꝛ pꝛimo dicit eoꝛũ: ex qb[9] ſunt enthimemata: quedã eſſe neceſſaria: plurima tamen eſſe vt in pluribus: ⁊ ꝙ cõcluſiones aſſimilant̃ pꝛęmiſſis. Scd̃o dicit hoc eſſe manifeſtũ ex libro pꝛioꝝ. Tertio concludit ſignũ ⁊ ycotem: ex quibus eſt enthimema eſſe idẽ ꝙ neceſſariũ: ⁊ in plibus. Scd̃a ibi. (Palam aũt nobis.) Tertia ibi. (Enthimemata autem.) Dicit ꝑmo: ꝙ pauca ſunt neceſſaria: ex quibus ſunt rhetorici ſyll̃i: multa autẽ ſunt de quibus iudicia ⁊ conſiderationes contingit aliter ſe habere: quaſi diceret ꝙ ſyllogiſmi rhetorici raro habẽt pꝛęmiſſas neceſſarias: vt plurimũ habẽt eas ꝯtingẽtes: ⁊ eſt ratio: qꝛ hmõi ſyll̃i vt plurimũ ſunt de his: quę homines agunt: conſiliantur ⁊ tractant: quę aũt agunt̃ omnia ſunt talis generis contingentis: nihil eñi hoꝛũ: vt ꝯſequens eſt dicere ex neceſſitate habꝫ eſſe. igitur vt plurimũ enthimemata habent pꝛęmiſſam contingentẽ: ⁊ ſicut eſt in ꝑmiſſis: ita eſt in concluſionibus. Naꝫ cõcluſa non neceſſaria: ſed contingentia ⁊ accidentia vt in pluribus neceſſe hr̃e ſyllogiçari ex talibus alteris. idest ex talibus pꝛęmiſſis: q̃

ſint vt in pluribus aũt pro ſed cõcluſa neceſſaria ſyllogizantur ex neceſſarijs. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Palam autem nobis: ⁊ etiam hoc ex analeticis manifeſtum: q꞉ ex quibus enthimemata dicuntur. hec quidez neceſſaria erũt: plurima autem vt in pluribus dicuntur.

¶ Oſtẽdit ph̃s eſſe manifeſtũ ex analeticis.ideſt ex libro priorũ.nam ibi oſtenſum eſt cõcluſiones neceſſarias eſſe ex neceſſarijs: alia aũt ex alijs. Et q꞉ in rhetorica ſunt pauce cõcluſiones neceſſarie: multe aũt vt in pluribus: manifeſtum eſt ꝙ ea: ex quibus ſunt enthimemata ⁊ ſylli rhetorici. hec.ideſt pauca erunt neceſſaria. Plurima aũt dicuntur eſſe vt in pluribus. Deinde cum dicit.

¶ Enthimemata autem ex ycotibus ⁊ ſignis. Quare neceſſe horuz vtrũqꝫ vtriqꝫ idez eſſe.

¶ Ex eo ꝙ enthimemata ſunt ex ycotibus ⁊ ſignis: cuz habitũ ſit eſſe ex neceſſarijs: ⁊ his que ſunt in pluribus: ꝯcludit vtrũqꝫ horũ.ideſt ycotez ⁊ ſignũ eſſe idẽ vtriqꝫ dictorum.ideſt neceſſario: ⁊ ei qđ eſt vt in pluribus: q꞉ ſignũ eſt idez qđ neceſſariũ: ycos aũt eſt idẽ qđ eẽ in pluribꝰ. ¶ Ad euidentiã aũt dictoꝝ ⁊ dicendoꝝ notandũ ſignuz tripliciter poſſe ſũmi ſm tres figuras ſyllogiſmoꝝ: ſumit̃ enĩ primo ſignũ in pͥma figura: ⁊ hꝫ ſignũ ſemꝑ refert ſignatuz: ſicut lac habere eſt ſignũ peperiſſe: ⁊ tunc formet̃ ſic ſyllꝰ: quecũqꝫ habet lac: peperit. hec habꝫ lac. ergo ⁊c̃. In ſcđa autẽ figura accipitur ſignũ qñ in plus eſt ſignũ q̃ ſignatuz: tũc in pluribus ſignũ ſignatũ infert: lꝫ vere ſimplr̃: ſicut eſſe errabundũ de nocte eſt ſignũ furis. Põt tamẽ quis eſſe errabundus abſqꝫ eo ꝙ ſit fur: tunc formet̃ ſic ſyllogiſmus fur eſt errabundus: hic eſt errabundus. ergo ⁊c̃. In tertia autem figura ſumitur ſignum quando aliqua duo habẽtia aliquem ordinem ad ſe inuicem: ex eo ꝙ ſe comitẽtur in aliquo: credimus ꝙ ſe comitent̃ in omnibus: vt ſapientia habꝫ quendã ordinẽ ad ſtudioſitatẽ ſiue ad bonitatez. ¶ Nã Socrates iter cetera auxilia dicit ſcientiã eẽ maximũ auxiliũ ad vitandũ peccatũ: q꞉ ḡ videmus ꝙ aliqꝗ hõ ꝑticularis: vtputa Pytachus ẽ ſapiẽs ⁊ ſtudioſus: credimus ſapientes ſtudioſos eſſe. Formet̃ ḡ ſic ſyllꝰ. Pytachus eſt ſapiẽs: Pytachus ẽ ſtudioſus. ḡ ſapiẽtes ſũt ſtudioſi. Iſtoꝝ aũt ſignoꝝ ſignũ ĩ pͥma figura: ⁊ ꝙ de neceſſitate cõcludat dicimus prodigiũ.i.ſignũ magnũ ſiue retineriũ: q꞉ hoĩem retinet ⁊ terminat eo ꝙ nõ cõtingat ſoluere: nec ẽ in eo poſſibilis euaſio. Signũ vero in ſcđa figura cũ eſt in pluribus dicit̃ ycos: quaſi imago: vel ſimilitudinariũ.nã ſi non eſt neceſſariũ ꝙ poſito tali ſigno ponat̃ ſignatũ: eſt tamẽ veriſimile ⁊ ꝓbabile. Signũ vero in tertia figura ycos etiaz dici põt: q꞉ veriſile eſt ſapientes ſtudioſos eſſe: tamen q꞉ non habet ꝓpriũ nomẽ dicit̃ ſignuz non neceſſariuz: quia non eſt neceſſarium ꝙ aliqua non habẽtia aliquẽ ordinẽ ad ſe inuicẽ ſe cõcomitantia in aliquo: ꝙ ſe cõcomitent̃ ſimplr̃. ¶ Aduertẽdũ tamẽ: ꝙ licz iſtis oĩbus modis ſumat̃ ſignũ: attñ ſignũ diuidit̃ cõtra ycotẽ: vel noĩat ſolũ ſignũ in pͥma figura: vel noĩat ſignuz in pͥma ⁊ tertia. Dictũ ẽ eniz ꝙ ycos dupl̃r ſumit̃. vno mõ vt noĩat ſolũ ſignũ ĩ pͥma figura. alio mõ ꝓut cõprehẽdit ſignũ in ſcđa ⁊ tertia figura. Si ḡ ycos ſumant̃ ad ſcđaz ⁊ tertiã figuram diuiſuz cõtra ycotẽ: cõprehẽdit ſolũ ſignũ in pͥma figura: ſiue ſigna neceſſaria: ⁊ ſic accipit ſignũ ph̃s ⁊ ycotem cũ dicit: ꝙ neceſſariũ eſt idẽ ꝙ ſignuz ⁊ ycos.i. ꝙ eſſe in pluribus: ⁊ ꝙ enthimemata: q꞉ conſtant ex ycotibus ſignis: conſtãt ex neceſſarijs: ⁊ ex hiis que ſunt in pluribꝰ. ¶ Sed ex h̃ etiã apparere põt quõ intelligendũ ſit ꝙ ea: ex quibus ſunt enthimemata: raro ſũt neceſſaria: vt plurimũ vero ſunt vt in pl̃ibus. Nõ enĩ intendit ph̃s loq de neceſſario ſimplr̃: nec iſtud caplm debꝫ reduci ad generationẽ ſyllogiſmoꝝ ex necio: vel ad caplm de mixtione ex neceſſario ⁊ contingenti: ſed vult dicere ꝙ rhetores cum arguunt per ſignũ: raro dant ſigna ifallibilia: ſm plurimũ dant ſignũ vt in pluribus: ꝓpter qđ id ad ſm prioꝝ vbi terminantur de enthimemate: reduci habꝫ. Cũ igitur tales ſint ꝯcluſiones: quales ſunt premiſſe: ſicut rhetores raro arguunt per ſigna infallibilia: cõcluſiones eorũ raro ſunt infallibiles: vt plurimũ aũt debent eſſe: vt in pluribꝰ ¶ Si võ ycos dicat ſolũ ſignũ in figura ſcđa: ſic ſignũ diuiſum cõtra ycotez cõprehẽdit ſignũ neceſſariũ vt ſignũ in prima: ⁊ nõ neceſſariũ vt ſignum in tertia: ⁊ ſic loquitur ph̃s de ſigno infra: cum diuidit ipſum ſignuz neceſſarium ⁊ non neceſſarium. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Ycos quidez eniz eſt qđ vt in pluribus fit: nõ ſimpliciter autẽ ſicut diffiniunt quidam. Sed quod circa cõtingentia aliter ſe habere ſic ſe hꝫ ad id: ad quod ycos vt vl'e ad particulare.

¶ Determinat de ycote ⁊ ſigno. Et duo facit. q꞉ pͥmo determinat de ycote. Scđo de ſigno. Secũda pars ibi. (Signorũ aũt.) Dicit ergo ꝙ ycos eſt: quod fit in pluribus: nõ ſic quidã diffiniũt ycos eſt: ꝙ fit ſimplr̃: vel ꝙ fit in omnibꝰ: ſed ycos ſiue tale ſignũ qđ fit circa contingentia aliter ſe habere ſic ſe habꝫ ad illud: ad qđ ẽ ycos.ideſt ad ſignatuz ſicut vl'e ad particulare. Accipit enĩ hic ycotem ꝓut dicit ſignum in ſcđa figura ⁊ reperit̃ in aliquo: in quo non reperit̃ ſignatũ: vt eſſe errabundũ eſt ycos ad eſſe furẽ: cum ſit vlius q̃ ipſuz: ⁊ ſit aliquis errabũdus: qui nõ eſt fur: q꞉ ſi etiã reperit̃ fur: qui nõ eſt errabundus: ita ꝙ errabũdus ⁊ fur ſe habẽt aut ſicut excedẽtia ⁊ exceſſa: nihil ad propoſitum: ſufficit ad hoc ꝙ errabundus ſit ycos ad furez eſſe aliqualẽ talem: qui non ſit fur. ¶ Deinde cuz dicit.

¶ Signoꝝ autem hoc quidẽ ſic ſe habꝫ aut aliquod ſingularium ad vniuerſale. hoc autez vt aliquod vniuerſaliũ ad particulare. Horũ aũt ꝙ neceſſariũ inominatũ eſt ſm differentiam.

¶ Determinat de ſigno: ⁊ pͥmo diuidit. ſcđo oſtendit quõ vtrũqꝫ ſignũ ſe habꝫ ad enthimemata: vl' ad ſyllogiſmũ rhetoricũ. Scđa pars ibi. (Adhuc autem.) Circa pͥmum duo facit: q꞉ primo diſtinguit ſignũ. ſcđo ſpecialr̃ determinat de ſigno neceſſario. Scđa pars ibi. (Neceſſaria quidẽ igit̃.) Dicit ergo ꝙ ſignũ h̃ qđ ſic ſe habet vt aliqđ ſingulariũ ad vl'e quantũ ad ſignatũ in tertia figura vbi ꝑticulariter cõcludit̃ intentũ: vt q꞉ Socrates eſt ſapiens ⁊ ſtudioſus iferimus omnes ſapiẽtes eẽ ſtudioſos: hoc aũt vt aliqđ vlius ad particulare quãtũ ad ſignũ in pͥma figura: vbi cõcludit̃ vl'r intentũ. Iſtoꝝ aũt ſignoꝝ vnũ eſt neceſſariũ in pͥma figura: aliud nõ necium vt ſignũ in 3°: ſignũ neceſſariũ vocat̃ retineriũ: quaſi hoĩem retinens ⁊ terminans: q꞉ cum ſit ſolubile: neſcit homo quõ fugiat. In ſcđo autẽ priorũ vocat̃ prodigium: q꞉ magnum ſignũ. Signũ vero non neceſſariũ.ideſt non habꝫ nomẽ ꝓpriũ: ſꝫ ꝙ diſtinguitur: ⁊ differt ab alijs. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Neceſſaria quidẽ igit̃ dico ex quibus fit ſyllogiſmus: ꝓpter qđ ⁊ retineriuz nõ eſt qđ tale ſignorũ: qđ eniz putant non contingere ſoluere qđ dictum eſt: tunc fere putant temerariuz tanq̃ oſtenſum ⁊ terminatum: retinar enim ⁊ terminus idem eſt ſm antiquam linguam.

¶ Determinat de ſigno neceſſario dicens: ꝙ ea ex quibus eſt ſyllꝰ

eſt ſyllõ dicunꝶ necẽia: eo ꝙ tale ſignoꝝ.ideſt ſignũ neceſſarium eſt retineriũ. Nam quãdo putãt nõ cõtingere ſoluere qđ dictũ eſt tunc vere putant retineriũ eſſe: eo ꝙ oſtenſum ⁊ determinatũ ſit.nam ſm aliquã linguã grecoꝝ retinar idez eſt qđ terminus vel detinar ſm aliam litteraz dicunꝶ eſſe talia ſigna neceſſaria: eo ꝙ hoiem neceſſitent retinendo eum ⁊ terminando. ℭ Deinde cuz dicit.

ℭ Adhuc autez ſignoꝝ hoc quidem vt ſingulare ad vniuerſale: ſicut ſi quis dicit ſignum eſſe ꝙ ſapientes ſint iuſti. Socrates nũc eniz ⁊ ſapiens erit ⁊ iuſtus. Hoc quidẽ ſignuz. igitur. Soluendũ eſt autem quod dictum eſt: ⁊ ſi verum ſit inſyllogizabile.

ℭ Comparat ꝑdictũ ſignuz ad enthimema: ⁊ tria facit: q2 primo oſtendit quõ ſignuz nõ neceſſariũ operaꝶ ad enthimema. ſcđo quõ neceſſariuz. tertio epilogat. Scđa ps ibi. (Quid igiꝶ eſt ycos.) Dicit ergo ꝙ hoc quidẽ ſignoꝝ: qđ ſe hz vt ſingulare ad vle. ideſt ſignũ in tertia figura. ideſt preter hoc qđ non eſt neceſſariũ: eſt etiaz inſyllogiçabile: habet eñi ſic fieri huius ſignũ: vt ſi quis dicat ſapiẽtes iuſtos: ecce q2 Socrates: qui nunc eſt ſapiẽs: iuſtus eſt. Hoc igiꝶ eſt ſignũ non neceſſariũ. ideo ſoluendũ eſt qđ dictuz eſt. Nam ⁊ ſi verũ ſit qđ cõcluditur: inſyllogiçabile tamẽ eſt. nam dato ꝙ ꝑmiſſę verę ſint: nõ eſt neceſſariũ concluſionẽ verã eſſe: q2 non vz grã formę: licz contingenter vel ex alia cã veritatẽ habere poſſit. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Hoc autem vt ſi quis dicat ſignũ ꝙ egrotat: febricitat enim: vel peperit: q2 lac habz: neceſſariũ qđ quidem ſignorũ ſolum retineriũ eſt. ſolum eñi verũ inſolubile eſt. Hoc autem vt vniuerſale ad particulare ſe habz: vt ſi quis dicat ꝙ febricitat ſignum eſſe. ſpiſſim enim reſpirat. Solubile enim ⁊ hoc: ⁊ ſi verũ ſit. Contingit eñi non febricitantẽ ſpiſſim reſpirare.

ℭ Oſtendit quõ ſe habz ſignũ neceſſariũ ad ſyllogiſmuz. nã tale ſignũ ſyllogiçabile. Eſt eñi hoc ſignũ. ſi quis dicat egrotat: qui febricitat: vt accipiamus febricitantẽ non ꝓut eſt ſpẽs egritudinis: ſed prout dicit aliqđ ſignũ iſeparabilr egritudinẽ ꝯcomitãs: tale etiã ſignũ eſt cũ dicitꝶ peperit: quia lac habz: iſtud enim ſignũ neceſſarium eſt: ⁊ ſolũ tale ſignũ eſt retineriũ: ⁊ cum verũ ſit: inſolubile eſt. Naz cuz tale ſignũ inficiaꝶ de aliquo: de neceſſitate inficiatur ſignatũ: ⁊ ideo eſt iſolubile. q2 nõ põt eſſe ꝙ aliquis febricitet: niſi egrotet: ⁊ ideo addit ꝙ hoc ſignũ ſe habz vt vle ad particulare: q2 ſemper vlr cõcludit intentũ: vt ſi quis dicat: febriçitare: ſignũ eſt egritudinis: ſpiſſim aũt reſpirare nõ eſt tale ſignũ reſpectu febricitationis. Naz ⁊ ſi verũ ſit aliquẽ ſpiſſim reſpirare: nõ tamẽ ꝓpter hoc ſequiꝶ ꝙ febricitet. imo ſoluẽdũ eſt: q2 cõuenit ſpiſſim reſpirantez nõ febricitare: vl aliter ⁊ melius per hoc qđ dicit: hoc aũt vult vle ad particulare: poſſumus intelligere ſignuz in ſecunda figura: vt ſignũ eſt vlius ꝙ̃ ſignatũ. nã in ſpiſſim reſpirare eſt in pluſ ꝙ̃ egrotare. ℭ Notandũ ĝ ꝙ tã in ſcđa figura ꝙ̃ in prima reperiꝶ habitudo vlis ad ꝑticulare: alr tamẽ ⁊ aliter. nam in ſecũda ſignũ ſe hz vt vle: ⁊ ſignatuz vt particulare: cũ ibi mediũ de ſe hz vt ſignum ꝓceditur ⁊ maior extremitas ſubiciaꝶ: quę hz ſe vt ſignatũ. In prima aũt totũ eſt econuerſo: vt patz intuenti. ℭ Deide. c. d.

ℭ Quid igiꝶ eſt ycos: ⁊ quid ſignũ: ⁊ quid retineriũ: ⁊ quid differentia dictũ eſt quidem ⁊ nunc. Magis autẽ manifeſtũ ⁊ de his: ⁊ ꝓp quã cãm: ⁊ qdẽ ſyllogizabilia ſũt. Hec aũt ſyllogizata in analeticis determinatũ eſt de ipſis.

ℭ Epilogat dicens: quid igiꝶ eſt ycos: ⁊ quid ſignuz: ⁊ quid retineriũ: ⁊ quę differentia inter ipſa dictũ eſt: nunc tamẽ in analeticis. ideſt in libro prioꝝ: vt in ſcđo dictuz eſt: de his magis manifeſte. ibi eñi de ipſis dictũ eſt: ꝓpter quã cauſam: hęc quidẽ inſyllogiçabilia ſunt: vt ſigna nõ neceſſaria: hęc autem ſyllogiçata: vt illa quę ſequunꝶ ex ſignis neceſſarijs. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Exemplũ autem qđ quidẽ ſit iductio: ⁊ qualis inductio dictũ eſt. Eſt aũt neqꝫ vt pars ad totum: neqꝫ vt totũ ad partẽ: neqꝫ vt totuz ad totum: ſed vt pars ad partẽ. Simile ad ſimile cum ambo quidẽ ſunt ſub eodem genere: notius autẽ altero ſit alterum exemplum eſt.

ℭ In parte iſta determinat de exemplo. Et tria facit: quia ꝑmo dicit quõ habz fieri exemplũ. ſcđo qđ dixerat ponit in terminis. tertio declarat quoddã qđ ſuppoſuerat. Secunda pars ibi. (Puta ꝙ iſidiaꝶ.) Tertia ibi. (Omnia autẽ hec.) Dicit ergo qđ dictum eſt prius: ꝙ exemplũ ſit inductio. naz habitũ ẽ ꝙ iductio ẽ rhetorica ſicꝫ enthimema eſt rhetoricus ſyllõ. In huius autẽ inductione ꝑmiſſę vel potius pręmiſſa nõ ſe habz ad concluſionẽ vt pars ad totũ: neqꝫ vt totũ ad partẽ: neqꝫ vt totũ ad totũ: ſed vt ps ad partẽ: ⁊ ſimile ad ſile. Fit eñi exemplũ qñ aliqua duo ſimilr ſe hñt ad aliquid: ⁊ cũ verificaꝶ de vno: cõcluditur de alio: vt ſi cõtingeret ꝑncipez inuitare nobiles regni ad prãdiũ: ⁊ poſt ꝯuiuiũ eos decapitaret: ſi alius ꝑnceps ſilr tale cõuiuiũ faceret: per exemplũ ꝑus habitũ. poſſem⁹ arguere ꝙ ꝑnceps iſte ſecũdus ꝺcapitare vult nobiles. igiꝶ in exemplo eſt ꝓceſſus de parte ad partẽ: ⁊ ab hoc particulari ad illud particulare: debẽt eñi particularia eſſe ſimilia vel eſſe ſub eodẽ genere vt ſunt ꝑncipes. Primus fecit cõuiuiũ nobilibus: ſic ⁊ ſcđus faciet: ⁊ vnũ debz eſſe notius altero: vt factũ ꝑmi ꝑncipis: qđ adduciꝶ in exẽplo: debet eſſe notius facto ſcđi ꝑncipis: ſicut ꝑteritũ eſt notius. naz ꝑmus ꝑnceps cõuiuans decapitauit nobiles. ſecũdus aũt quis facit ꝯuiuiũ vt ꝑmus: arguimus eũ decapitare velle ⁊ qñ talis ꝓceſſus eſt: tũc eſt exẽplũ. ℭ Deinde cũ dicit.

ℭ Puta ꝙ inſidiaꝶ tyrãnidi Dionyſi⁹ expetẽs munitionẽ. Et Piſiſtrat⁹ tract⁹ prius iſidiãs expetebat munitionẽ: ⁊ accipiens tyranizauit ⁊ Theagenes in Megarijs: ⁊ alij quoſcunqꝫ ſciũt ſi ꝓpter hoc expedit munera.

ℭ Declarat iterum qđ dixerat dicẽs: ꝙ ſi aliqs vellet oſtẽdere ꝙ Dionyſius expetẽs munitionẽ inſidiaꝶ tyrãnidi. ideſt vult tyrãniçare: debz adducere in exẽplũ ꝑncipes: q pręceſſerunt dionyſiũ: ⁊ petierunt munitiones: ⁊ acceptis munitionibus tyrãniçauerũt. Nam Piſiſtratus inſidiãs expetebat munitiõez ⁊ accipiẽs tyrãniçauit Theagenes ille alius ꝑnceps in Megarijs. i. in illis partibus fecit ſilr ⁊ hoies alij quoſcũqꝫ ſciũt feciſſe ſimilr. Exemplũ dionyſij: ⁊ illud ſemꝑ debz eſſe notius: eo ꝙ ꝑ exẽplũ cõcludiꝶ vt facta ꝑncipũ: quę ſunt exẽplũ Dionyſij quaſi pręteritũ ſint notiora facto Dionyſij: ſcimus eñi Dionyſiũ expetere munitiões: ſm qđ expetit ꝓpter hoc. ideſt vt tyrãnicet: nondum ſcimus. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Omnia autez hec ſub eodẽ vniuerſali: quia inſidiãs tyrãnidi munitionẽ expetit. Ex qbus quidem igitur dicunꝶ: que putantur perſuaſiones eſſe demonſtratiue dictum eſt.

¶ Declarat qđ ſuppoſuerat: dixerat enī in exēplo eē pceſſuz partis ad partē: ſimilis ad ſimile: quę oīa debēt eē ſub eodē genere: qđ ſatis apparet eſſe verum ex his: quę dicta ſūt: qꝛ oīa hec. ſ. Dionyſius Piſiſtratus ꝛ Theagenes ſūt ſub eodē vlī: ſiue ſub eodē genere: qꝛ vlr ꝛ generalr videntur habere ordinē ad vnū aliquid: vt qꝛ quilibꝫ eoꝝ expetit munitiōes: vt iſidieť tyrānidī. Ultimo epilogat quod dictū eſt: ex quibus dicunť eſſe argumētatiōes rhetoricę vt enthimema ꝛ exemplū. (Ibi putanť eſſe ꝑſuaſiōes demonſtratiue.) id eſt oſtenſiue.

Ad intelligētiā dictorū tria ſunt declarāda. Primo videndū eſt qūo differt exēplum ab inductione ꝛ ſyllo. nam qūo differt ab enthimemate declaratū fuit prius per differentiam quā habꝫ inductio ad ſyllm̄. Rurſum qūo differt enthimema ꝛ ſylls in ſequētibꝰ declarabiť. ¶ Secūdo oſtendendū eſt: qūo enthimema ꝛ exemplū reducunť ad inductionē ꝛ ſyllm̄. Tertio manifeſtabiť. vtrū ſpectat ad rhetorē cōſiderare de ſyllogiſmo ꝛ de inductione: quę ſunt inſtrā dialecticę: cū ſpectet ad dialecticū conſiderare de exemplo: ꝛ enthimemate: quę ſunt exempla rhetoricę.

¶ Propter primū notandū: ꝙ vt ad pñs ſpectat: exēplū dupľr differt a ſyllo: ꝛ dupľr ab inductione. nam ſylls coniungit extremū tertio per mediū: ꝛ eſt in eo quodāmodo pceſſus a toto ad partē: cum oēs ſylli aliquo mō reducantur ad iſta duo ꝑncipia ad dici de omni: ꝛ ad dici de nullo. Exemplum vero coniungit extremum medio per ſimile tertio: ꝛ nō eſt in eo proceſſus a toto ad partē: ſed a parte ad partē: vt ſi vellem probare ꝙ Dionyſius inſidiať tyrānidi: ſi via ſyllogiſtica vellem incedere: acciperē hoc medium: expetere munitionē: ꝛ formarez ſic ſyllꝫ. Quicūqꝫ expetit munitiones: vult tyrannizare. Dionyſius expetit munitiones. ergo ꝛc. ¶ Sed propter exēplū formandū: accipiendū eſt ſimile tertio. nā in prędicta argumētatiōe. tyrānizare ſe hꝫ vt maior extremitas: expetere munitōes vt medius terminus Dionyſius vt minor extremitas: ſiue vt tertiū: ꝛ aſſumať Piſiſtratꝰ: qui eſt ſimilis tertio: ſe habꝫ ſimiľr vt Dionyſius qui eſt tertius terminus: cōcludeť maior extremitas: vt tyrānizare de medio: vt de expetenti munitiones: ꝛ formabiť ſic rō. Piſiſtratꝰ tyrānizauit. ſed Piſiſtratus petebat munitiones. ergo qui expetit munitiones vult tyrānizare. cū igitur Dionyſius expetit munitiōes. ergo vult tyrānizare. Hic aūt ꝯſiderať viſ arguēdi. nā eſt pceſſus a parte ad ptē: vt a Piſiſtrato ad Dionyſium: ꝛ cōiungiť extremū medio per ſimile tertio: vt tyrānizare cōcludiť de expetenti munitiones per Piſiſtratum: ꝓpter qđ manifeſte ſunt prędicte differētię: q̄s habꝫ exēplū ad ſyllm̄. ¶ Aduertendū tñ in exēplo ꝑter hoc ꝙ in eo cōcludiť extremū de medio per ſimile tertio: cōcluditur extremū de tertio: vt tyrānizare de Dionyſio. Hꝫ ēt exemplo duas differentias ad inductionē: quarū prima eſt: qꝛ inductio eſt in oībus particularibus: exēplū vero in vno ſyllogiſmo. Nā exēplariter ꝯcludo expetetē munitionē velle tyrānizare ꝑ vnū: vt ꝑ Piſiſtratū. q h faciēs tyrānizauit: ſed ſi inductiue hoc ꝯcludere vellē: oporteret me inducere in ſingulis: qui expetunt munitiones: qđ vellint tyrānizare. ¶ Scđa dr̄ia eſt: qꝛ inductio concludit extremū de medio per tertiū: qꝛ oīa ſingularia accepta concludentia vlem ꝓpoſitionē: que cōſtituiť ex extremo: ſe hñt quaſi minor extremitas: vel ſicut tertius terminꝰ. In exēplo vero cōcludit extremū de medio: vt tyrānizare de expetēti munitiones non per tertiū: qꝛ non per Dionyſiuꝫ: ſed per ſimile tertio: qꝛ per Piſiſtratū. Poſſet etiaꝫ tertia dr̄ia aſſignari inter exemplū ꝛ inductionē: quia in exēplo ꝯiūgiť ēt extremū extremo: nō ſolū extremū đ medio: qꝛ in iductiōe nō ꝯuenit: vbi ſoluꝫ extremū de medio iferť.

Secundo declarandū eſt qūo exēplum ꝛ enthimema reducūť ad inductionē ꝛ ſyllm̄. ¶ Ad cuius euidētiā notādū: ꝙ in omni genere imperfecta reducunť ad perfecta: eo ꝙ perfectiora ſunt mēſura imperfectoꝝ: cū igiť ſylls ꝛ enthimema quodāmodo eodē modo procedant: qꝛ vtrūqꝫ coniungit extremū tertio per mediū ad ſyllm̄: qui eſt perfectior enthimemate: reduciť enthimema. Deficit aūt enthimema a ſyllo dupľr: ꝛ quantum ad mām: ꝛ quantū ad formā: quantū ad mām autē: qꝛ enthimema magis eſt de veriſimili. ſylls vero magis de vero. Habitū eſt enī: ꝙ per ſyllm̄ magis fit deſcenſus in ſcientias ſpeculatiuas: in quibus eſt conſideratio ſcđm rei veritatē. Per enthimema autē magis deſcēdiť in opa politica: in quibus fit proceſſus: ꝛ arguiť per quędā ſigna ꝛ veriſimilitudines. ꝛ qꝛ viſimile deficit a vero: enthimema rōne materie: circa quā negociať: dſicit a ſyllo. Scđo deficit rōne forme: in ſyllo enī eſt ordinatio terminoꝝ ꝛ ꝓpoſitionū in modo ꝛ figura: vel eſt aliqđ ínſeꝑabiľr cōmitans illud. Cū ergo huiꝰ ordo reſeruet complete in ſyllo: non tamē de neceſſitate perfecte reſerueť in enthimemate: poteſt dici enthimema deficere a ſyllo in forma: ponūtur enim in ſyllo due ꝓpoſitiones ꝛ tres termini: in qbus reſeruať complete prędictus ordo. In enthimemate vo: ſi altera ꝓpoſitionū ſit nota: ſufficit alterā ꝓponere: quia auditor de ſe alterā addit: ꝛ qꝛ ex vno nihil ſequiť: quātū ad prędictū ordinē deficit enthimema: ſicut ꝛ in duobus deficit exemplū ab inductione. Dictū eſt enī ꝙ exēplū eſt in vno. inductio vero in oībus: ꝛ qꝛ ps deficit a toto: ꝛ vnū ab oībus: cōueniens eſt exēplum deficere ab inductione. Ex iſto aūt defectu oriť defectus alius: vt quia inductio de neceſſitate cōcludit: non aūt exēplum. Nam quia tā inductio q̄ exemplū cōiungant extremū medio vlr: cū ex omnibus particularibus de neceſſitate ꝓpoſitio vlis cōcludi poſſit: nō autē ex vno niſi ex hypoteſi: diciť inductio de neceſſitate concludere: non aūt exēplū: qꝛ ſimilis modus procedendi eſt aliquo mō in inductione ꝛ cū exēplo: vt vtrūqꝫ coniungat extremū medio: ſicut ſimilis modus erit in enthimemate ꝛ ſyllo: qꝛ vtrūqꝫ cōiungit extremū tertio: enthimema reducetur ad ſyllm̄ velut ad perfectū in ſuo genere: ꝛ exēplum ad inductionē: qđ declarare volebamus.

Tertio reſtat oſtendere. vtrū rhetor conſiderare poſſit de inductione ꝛ ſyllogiſmo: ꝓpter qđ ſciendū ꝙ ſicut eſt in actione rerū naturaliū per ꝯparationē ad ſuas formas: ſic eſt in conſideratione ſcientiarū ꝑ cōparationē ad ſua ſubiecta. Nam ſicut res nāles per ſuas formas trahunt ſpēs: ꝛ habēt actualitatē: ꝛ determinanť ad modos: vt calidū per formā caloris poniť in eē calido: ꝛ determinať ad hanc actionē: quę eſt calefacere: ſic ſcię ꝓpter ſubiecta ſua trahunt ſpēm ꝛ determinationē: eo ꝙ cōmune ſit oī habitui trahere ſpēm ex obiecto: ꝛ etiam ꝑ huiꝰ ſubiecta: quę ſunt obiecta in ſcientijs artes determinanť ad modū cōſiderandi. naꝫ quicqđ cōſiderať in ſcia rōne ſubti induciť. ¶ Hoc viſo ſciendū ꝙ res nāles aliq̄ agunt ſm ſe: aliquę vero vt ſunt inſtrm̄ alterius. nā ſi ſaluare poſſumus aliquo modo res poſſe ſm ſe efficere: quę non excedūt ſuas ſpēs: vt calidū rōne ſue forme calefacere: nihil tamē agit vltra ſuam formaꝫ: niſi ꝓut eſt inſtrm̄ alterius: ꝛ ideo calor in igne licꝫ ſit accñs: cōparať ad introductionē forme ſubſtāalis: quę excedit ipſum ꝓut agit in virtute forme ſubſtātialis ignis: qꝛ ergo rhetorica recipit ſpēm ex enthimemate: de quo eſt ꝑncipaľr conſideratio ꝛ enthimema deficit a ſyllo: ꝛ nihil agit vltra ſpēm ſuam

in virtute

in virtute propria: rhetorica ſm ſe ⁊ ſue virtuti innixa de ſyllo cōſiderare non poterit: in virtute tn̄ artis dialectice p̄ſupponēdo que de ſyllo determinat a dialectico eſſe oſtenſa: ſic de ſyllo aliqua dicere nō eſt incōueniēs. Unde cū phs in hoc libro aſſignare velit differentiaȝ inter exē plum ⁊ enthimema per differētiā: que eſt inter iductionē ⁊ ſyllm non valens tamē̄ rhetor in virtute ꝓpria talem differentiā oſtendere, remiſit nos ad librū topicoꝝ: vbi eſt dicta differētia oſtēſa. ℂ Dialecticus vō in virtute ꝓpria de enthimemate cōſiderare poterit nō agēdo vltra ſuam ſpēm. nam cū per habitus cognoſcaꝰ priuatio: ⁊ per perfectū imperfectū: cum enthimema deficiat a ſyllo: ſic non agit vltra ſuā ſpēm habens ſpēm perfecti ſi de imperfecto ꝯſiderat: eo q̄ imperfectū per ſpēm perfecti ſit aptū natū cognoſci: ſic dialecticus non agit vltra ſuam formā: cū cōſiderat de enthimemate: qđ a ſyllo deficit: ⁊ ſic eſt de enthimemate reſpectu ſylli: qđ rhetor: qui per ſe de enthimemate conſiderat: in virtute ꝓpria nō pōt cōſiderare de ſyllo: qui ipſum ſuperat. Dialecticus vero pōt conſiderare de enthimate: per qđ a ſyllo deficit: ſic etiaȝ eſt de exēplo reſpectu inductionis. Naȝ rhetor in virtute ꝓpria non pōt cōſiderare de inductione: que ſuperat exemplaȝ. poterit tamē dialecticus conſiderare de exemplo qđ deficit ab inductione. ℂ Aduertendū tamē: q̄ vnūqđq; poſitū dum per ſe conſideraꝰ plura poſſunt de eo cōſiderari q̄ dum non per ſe cōſideraꝰ: ſed cōſideraꝰ ſoluȝ per aliud ⁊ per accidēs. Dialecticus: qui ꝯſiderat de enthimemate ⁊ exēplo inquantū ſunt diminute argumētationes: ⁊ quodāmodo obliquitates ſue artis: non poterit de exemplo ⁊ enthimemate tot conſiderare: quot pōt rhetor: qui de eis magis per ſe videtur intendere.

Enthimematū aūt maxima differentia: ⁊ que maxie latuit omnes fere eſt: que quidem ⁊ circa dialecticā methodū ſyllogiſmoꝝ. Hec quidem ipſoꝝ ſunt ſm rhetoricā: ⁊ ſic ſm dialecticam ſyllogiſmorū. Hec autem ſecunduȝ alias artes ⁊ potentias.

¶ Determinat de pulcbritudine reſpiciente ętatem in qua babet eſſe ſtatus dicens: ꝙ pulcbritudo eius: qui attingit acmē.i.quę attingit ętatem perfectam: eſt babere corpus vtile ad labores bellicos: ꝛ eſſe delectabile cum quadam terribilitate. Nā pulcbritudo eius: q ꝯpleuit tēpus augmēti eſt babere membra proportionata ad bellum: qꝛ ſi membra ei bene correſpondent etiam: maxime cū non ſit pulcbritudo proprie niſi in magno corpore: vt dicitur in q̄rto etbico. oportet ipſum eſſe bellicoſum. Rurſum oportet babere quandam terribilitatem in aſpectu: qꝛ nō eſt pulcbritudo viri babere faciem muliebrem. ¶ Et notandum qđ dicit. Eiuſdem autem qꝛ attingit actionē: qꝛ ille idem: qui erat in ętate: cui competebat augmentum: eſt poſtea in ętate: cui competit ſtatus. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Senis autem ad labores quidem neceſſarios ſufficientem: ſine triſtitia autem: propterea ꝙ nibil babeat eorum: quibus ſenectus moleſtat.

¶ Dicit pulcbritudinem ſenis eſſe in eo: qđ conuenit ſenem eſſe ſufficientem ad labores neceſſarios: ꝛ eſſe ſine triſtitia propter quod nibil babeat eorum: quibus ſenectus moleſtatur. Nam cum pulcbritudo arguat bonam complexionem: ꝛ dominium ſanguinis: ſi talis ſunt in ſene nō ꝑmittunt in eo melancoliam: ꝛ nimiā debilitatem mēbrorum: a quibus ſenes moleſtari conſueuerunt: imo ipſa triſtitia: qꝛ reddit faciem turpem: videtur eſſe contra rationem pulcbritudinis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Robur autem quidem potentia mouendi alterum: vt vult: neceſſe autem mouere alterum: aut trabentem: aut pellentem: aut leuantē: aut prementem: aut concutientem. Quare robuſtus aut omnibus: aut aliquibus borum eſt robuſtus.

¶ Determinat de robore dicens: ꝙ robur: ſiue fortitudo ē pro mouendi alterum: vt vult ipſe: qui babet robur. Et quia mouere alterum eſt. v. modis: vz trabendo: leuando: pellēdo: prędmendo: ſiue deprimendo: ꝛ concutiēdo: ideo robuſtus eſt: qui ē robuſtus: vel qui pollet viribus omnibus dictis: aut aliquibus dictorum modorum. Sufficientia aūt iſtorum motuum ſic accipitur: qꝛ motus eſt ad aliquā partem poſitionis tantum: vel ad plures partes. Partes aūt poſitiōis ſunt ſex: ſurſum: deorſum: ante ꝛ retro: dextrum ꝛ ſiniſtrū ſed ante ꝛ retro non diuerſificant motum a dextro ꝛ ſiniſtro. Sic ergo motus eſt ad vnam differentiam poſitiōis: quę eſt ſurſum: dicitur eleuatio: ſi eſt deorſum: dicitur depreſſio. ſiue vero ſit ab alio: dicitur tractio: ſiue boc fiat ad dextram: ſiue ad ſiniſtram: ſiue ante: ſiue retro. Si vero ſit ad aliud dicitur impulſio: differt enim impulſio a tractu: quia nunquam impulſio poteſt eſſe ad mouentem: ſꝫ ſemper eſt ad aliud: licet poſſit eſſe a mouēte ꝛ ab alio. Tractꝰ autem eſt ab alio: licet poſſit eſſe ad mouentem ꝛ ad aliud: ſed motus eſt ad plures differentias poſitionis ſic dicitur concuſſio: quia concuſſio eſſe non poteſt: niſi ſit motus ad plures differentias poſitionis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Magnitudinis autem virtus excedere ſm lōgitudinem: ꝛ profunditatem: ꝛ latitudinem. Multos in tanto maiori vt nō fiant tardioris motus propter exceſſum.

¶ Determinat de magnitudine: quę eſt quoddam bonum temporale intrinſecum: cuius ratio conſiſtit in quodā exceſſu dicens: ꝙ virtus magnitudinis eſt excedere ſꝫ communem differentiam poſitionis: vt ſm longitudinem: latitudinem: ꝛ profunditatem: ꝛ iſte exceſſus dicitur eſſe in tanto maiori. ſiue in tanta magnitudine: vt propter exceſſum non fiant motus tardiores. Nam ſicut motores corporum ſupercęleſtium ſunt proportionati ſuis orbibus. Et ſi adderetur vna ſtella primo orbi: motor ille moueret cū labore ꝛ pęna: ſic animę ſunt proportionatę ſuis corporibus vnde anima bominis non poſſet debito modo mouere q̄ tumcunq: eſt magnum corpus: attamē iſta proportio nō eſt punctalis: ideo concludit in eadem proportione reperiri maius ꝛ minus corpus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Agoniſta autem virtus corporis componiť ex magnitudine: ꝛ robore: ꝛ velocitate: etenim velox robuſtus quidem eſt.

¶ Poſtq̄ determinauit de bonis corporalibus ſimplicibꝰ determinat de bonis compoſitis. Hęc autem ſunt duo: vz: virtus agoniſtica: ꝛ bōitas ſenectutis: ꝛ licet alia bona poſſint aliquo modo dici compoſita: ſpecialiter tamen dicentur iſta bona compoſita: quia ad eorum exiſtentiam requiruntur plura bona: de quibus fit bic mentio. Et duo facit ſm ꝙ duo ſunt talia bona. Et primo determinat de virtute agoniſtica. Secundo de bonitate ſenectutis. Secunda ibi. (Bonitas). ¶ Circa primum duo facit: qꝛ primo facit quod dictum eſt. Secundo ex babitis inueſtigat: quia bomines ſunt apti ad quinq; genera ludorum: quibus antiqui aſſueſcebant. Secunda ibi. (Qui enim poteſt.) Dicit ergo: ꝙ virtus agoniſtica corporis: ſiue virtus bellatiua componitur ex magnitudine: robore: ꝛ velocitate: ꝙ autem velocitas pertineat ad eius virtutem: patet: qꝛ velox eſt aliquo modo robuſtus: ꝛ qui vult eſſe agoniſticus opꝫ ꝙ ſit robuſtus. ¶ Apparet autē bic virtutem eſſe compoſitam reſpectu prędictorum: quia fere tria prędicta cōcurrunt ad ipſa: quia ibi concurrit aliquo modo pulcbritudo ratione velocitatis: cui quodāmodo eſt annexa magnitudo ꝛ robur: vt expreſſe tāgitur in lrā. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Qui poteſt tibias proijcere aliqualiter ꝛ mouere cito ꝛ longe curſiuus eſt. Qui autem deijcere ꝛ detinere luctatiuus. Qui autem propellere ictu pugillatiuus. Qui vero ambobus is perfecte obtentiuus. Qui aūt oibus pacbilis.

¶ Ex babitis concludit: qui bomines ſunt apti ad quinq; genera ludorum: quibus aſſueſcebant antiqui. ¶ Ad cuius euidentiam notandum: ꝙ antiquitus omnia prouocātia ad laſciuiam reprebendebantur: vnde pueri non docebātur cantus moles: vt narrat Boetius in muſica ſua: ſic ꝛ ludi debent eſſe liberales non prouocantes bominem ad turpitudinem. Erant forte quinq; ludi antiquorum: de q̄bus bic intendit pbiloſopbus. Primus autem requirebat velocitatem: vnde apti ad illum ludum dicebantur curſiui. Et quantum ad boc ait: qui poteſt tibias proijcere aliqualiter.i.competenter: ꝛ bene poteſt mouere eas cito ꝛ longe: bic curſiuus eſt. Secundus ludus erat in luctando: ideo qui poteſt tibias ducere ꝛ detinere eas modo competenti eſt luctatiuus. Tertius ludus erat in pugnando ꝛ pellendo alium ictibus: quem ludum tangit cum ſubdit: qui poteſt propellere alium ictibus eſt pugnatiuus. Quartus ludus erat compoſitus ex ſecundo ꝛ tertio: ſicut apparet in duello: vbi pugiles ſe prius impellunt ꝛ percutiunt ictibus: ꝛ poſtea luctantur. Hunc autem ludum innuit cum ait. Qui vero ambobꝰ bis: vz pugillatio ꝛ luctatio pollet: pōt dici pfecte obtētiuus: qꝛ tales perfecte obtinet pugnā. Quintus ludus ꝯponebatur ex primis tribus: qꝛ ad ipm requirebatur velocitas: luctuatio: ꝛ pugillatio ideo in quinto ludo omnes prędicti ludi continebantur.

ideo quantum ad iſtum ludum ſubdit: ꝙ equipollet omnibus pꝛedictis tribus in velocitate: luctatione: pugillatione dicitur pentachilus .i. vir habens peritiam quinqʒ ludorum: vt exponitur in alia littera. ¶ Notandum autem pħm determinaſſe hic de his quinqʒ ludis: quia omnes tales ludi videntur inniti virtuti agoniſtice. Nam qui habet magnitudinem: velocitatem ⁊ robur: eſt aptus ad omnes pꝛedictos ludos. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Bonitas autem ſenectutis eſt quidem tarditas ſeneſcentie cum abſentia triſtitie: neqʒ enī ſi cito ſeneſcit: bene ſeneſcens: neqʒ ſi vix: cuʒ triſtitia autem.

¶ Hic determinat de bonitate ſenectutis: ⁊ tria facit: quia pꝛimo facit quod dictum eſt. Secundo oſtendit taleʒ bonitatem eſſe quodāmodo compoſitum. Tertio oſtendit: ꝙ inueſtigare vlterius cauſas longeuitatis ⁊ ſenectutis ꝑter eas: quas tetigit non eſt pꝛeſentis ſpeculationis. Secunda ibi. (Eſt autem ⁊ coꝛpoꝛis). Tertia ibi. (Eſt autē quedaʒ ⁊c̄.) Dicit ergo: ꝙ bonitas ſenectutis eſt tarditas ſeneſcentibus cum abſentia triſtitie. Nam non bene ſeneſcit qui cito ſeneſcit ⁊ bene ſeneſcit: ſi vix aut tarde ſeneſcit ſine triſtitia. duo ergo requiruntur ad bonitateʒ ſenectutis: tarditas: ⁊ letitia. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Eſt ⁊ aūt ⁊ a coꝛpoꝛis virtutibꝰ ⁊ a foꝛtuna. Non ſine egritudine .n. exiſtēs: neqʒ robuſtus non erit impaſſibilis: neqʒ ſine triſtitia. Et non longeuus: neqʒ vtiqʒ bñ foꝛtunatꝰ ꝑmanebit.

¶ Oſtendit bonitatem ſenectutis eſſe compoſitam: quia ſicut virtus agoniſtica compoſita eſt: qꝛ ad eam requirītur magnitudo: robur: ⁊ velocitas: ſic bonitas ſenectutis ē cōpoſita: qꝛ ad eam requiritur robur ⁊ bona foꝛtuna. Dupliciter enim concludit aliquem male ſeneſcere: vel pꝛopter debilitatem coꝛpoꝛis: qꝛ caret roboꝛe: vel pꝛopter infoꝛtunia: ſi careat bona foꝛtuna: ideo ait: ꝙ bonitas ſenectutis ē ex virtute coꝛpoꝛis ⁊ a foꝛtuna. Naʒ qui non eſt robuſtus coꝛpoꝛe: ſed eſt debilis: non exiſtens ſine egritudine: non īpaſſibilis: neqʒ ſine triſtitia. ergo ad bonitatem ſenectutis requirit̄ robur vt ſit ſine triſtitia: ⁊ ait nō ꝙ longeuus non permanebit bene foꝛtunatus: per quod vult habere ꝙ ad bonitatem ſenectutis requiritur bona foꝛtuna ad hoc vt ſit ſenectus tarda: ⁊ homo ſit longeuus. ¶ Deinde cū dic̄.

¶ Eſt autem ⁊ ſine roboꝛe ⁊ ſanitate alia virtus longeuitatis. Multi .n. ſine coꝛpoꝛis virtutibus longeui ſunt: ſed diligens ꝑtractatoꝛ de his nihil vtilis ad eaſque nunc.

¶ Oſtendit ꝙ licet ſit aliqua virtus longeuitatis a roboꝛe aut a ſanitate: qꝛ multi ſunt longeui ſine coꝛpoꝛis virtutibus: vt foꝛtes qui carent colera: vel pꝛopter aliam cauſaʒ: tamen de talibus non eſt curandum: qꝛ de his diligens ꝑtractatio: vel ſubtilis perſcrutatio: vt habet alia littera: nō eſt vtilis ad ea: que nunc ſunt dicenda. ¶ Deinde cuʒ d.

¶ Multoꝝ autem amicitia ⁊ bonoꝛum nō immanifeſta amico diffinito: ꝙ eſt amicus talis: qui coꝝ: que putat bona eē illi: operatiuus eſt pꝛopter illū. Cui itaqʒ multi tales poliphilus. Cui autem ⁊ epiciecbes ariſtophilus.

¶ Hic determinat de bonis non ſimpliciter intrinſecis: ſʒ quodāmodo: ⁊ duo facit ſm ꝙ ſūt talia bona: quia pꝛimo determinat de amicitia. Secūdo de bona foꝛtuna. Secūda ibi. (Bona foꝛtuna autem). Dicit ergo: ꝙ non eſt īmanifeſtum: ſed de leui apparet: que ſit amicitia multoꝛum: ⁊ in que ſit amicitia bonoꝝ. Nā diffinito amico vel notificato qd ſit amicꝰ vt ꝙ amicꝰ eſt talis: q eſt opatiuus eoꝛum: que putat eſſe bona illi .i. amico: ⁊ hoc pꝛopter illuʒ .i. pꝛopter amicū. Hoc viſo ſat apparet quis eſt amicus multoꝛuʒ: qꝛ qui ſunt multi talis eſt poliphilus .i. amicus pluriuʒ. dicitur .n. poliphilus a polis: qđ eſt pluris: ⁊ philos: qđ eſt amoꝛ: vel amatoꝛ quaſi amatoꝛ plurium. Cui autē viri iuſti ⁊ epiciecbes ſūt tales: qꝛ velint eis pꝛeceſſe alle eſt ariſtophilus ab ariſtos: quod eſt virtus vel virtuoſus: ⁊ philos: qđ ē amoꝛ vel amatoꝛ: q̄ſi amatoꝛ v̄tuoſoꝝ. ¶ Dein.

¶ Bona foꝛtuna aūt eſt eoꝛum: quibus foꝛtuna eſt cauſa bonoꝛum: ꝙ hec fiant et exiſtant omnia: aut plurima: aut maxima.

¶ Determinat de bona foꝛtuna: ⁊ tria facit: qꝛ pꝛimo oſtēdit quis eſt foꝛtunatus bene. Secundo manifeſtat quoꝛū bonoꝛum eſt cā. Tertio dat vniuerſalem quandam maximā ad cognoſcendum bona: que contingunt foꝛtuita. Secūda ibi. (Cā que eſt foꝛtuna). Tertia ibi. (Totaliter āt talia). Dicit ergo: ꝙ bona foꝛtuna eſt eoꝛum hominum: ſiue illi homines ſint bene foꝛtunati: quibus foꝛtuna eſt cauſa bonoꝛum: cum dico ꝙ hec idest ꝙ bona omnia: aut plurima: aut maxima eis fiant ⁊ exiſtant. Nam bona foꝛtuna eſt cā foꝛtunatis: ꝙ eis fiant ⁊ contingant bona: ⁊ ꝙ exiſtāt ⁊ ꝯſeruent̄ in talibus bonis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Cauſa autem eſt foꝛtuna quoꝛundam qdeʒ: quoꝛum ⁊ artes. Multoꝛum autem ⁊ que extra artem: puta quoꝛūcūqʒ natura. Cōtingit autem ⁊ pꝛeter naturam eſſe. Sanitatis quidē enim ars cauſa: pulchꝛitudinis auteʒ ⁊ magnitudinis natura.

¶ Oſtendit quoꝛum bonoꝛuʒ ſit cauſa bona foꝛtuna dicēs ꝙ foꝛtuna eſt cauſa quoꝛundam bonoꝛum: quoꝛum ſunt artes: ⁊ eſt cauſa multoꝛum bonoꝛum: que ſunt extra artē puta pōt eſſe cauſa quoꝛumcunqʒ bonoꝛuʒ cū natura cauſat̄: quaſi diceret foꝛtunoʒ poſſe eſſe cām bonoꝝ: que pñt fieri ab arte ⁊ a natura: iō ſubdit ꝙ cōtingit ſanitatem eē pꝛeter naturam potiſſime: inquantum ſanitatis eſt ars cā pulchꝛitudinis: aut ⁊ magnitudinis eſt cā natura. Et qꝛ cōtingit aliquem eſſe pulchꝛum magnum ⁊ ſanuʒ a foꝛtuna videt̄ foꝛtuna eſſe cā eoꝛum: que ſunt apta nata eſſe ab arte ⁊ a natura. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Totaliter autem talia bonoꝛum ſunt a foꝛtuna: in quibus eſt inuidia. Eſt aūt ⁊ eoꝛuʒ: que extra rationem bonoꝛum cauſa foꝛtuna: vt puta: ſi alij fratres turpes: vnus autem pulcher. Et ſi alij neſciere theſaurum: hic autem inuenit: aut ſi ꝓpinquum tetigit ſagitta: hunc auteʒ non: aut ſi nō venit ſolus ſemper pertranſiēs: alij aūt ſemel venientes interempti ſunt. Oia enim talia ⁊ eufoꝛtuita videntur eſſe.

¶ Dat vniuerſalem maximam ad cognoſcendum bona: q̄ ſunt a foꝛtuna dicēs: ꝙ talr̄ talia de numero bonoꝝ ſūt a foꝛtuna: in q̄bus eſt inuidia: ⁊ totalr̄ foꝛtuna eſt cā eoꝝ bonoꝝ: que ſunt extra rōnem. Duplr̄ g̃ notificauit bona: que ſunt a foꝛtuna. Pꝛimo qꝛ in eis eſt inuidia. Secūdo quia ſunt pꝛeter rationem. hec autem duo ſe concomitant̄ adinuicem: qꝛ potiſſime homo inuidet bono alicuius quādo ignoꝛat cauſaʒ illius boni: vt ſi aliquis ſit gratioſus hominibus maxime inuides gratie eius: q̄nqʒ vero apparet rōnabilis cā: vñ debeat eſſe talis. Exēplificat aūt de talibus

bonis

boni: puta ſi alij fratres ſunt turpes: vnus aũt ẽ pulcher. Nam qꝛ non apparet ratio: quare alij ſunt turpes: τ iſte ſit pulcher: inuident turpes pulchro. Similiter eſt ſi alij neſciuerint theſaurũ. hic aũt inuenit: aut ſi ꝓpinquum vel ꝓximum tetigerit ſagitta: hũc aũt non tetigerit: aut ſi ſolus ſemꝑ tranſiens ꝑ loca periculoſa non venit ad manus latronum. alij aũt ſemel venientes interempti ſunt. oia autẽ talia bona vĩr eſſe a fortuna: vel a bona fortũa. ❡ Deĩ.

❡ De virtute autem: qm̃ conuenientiſſimus: q circa laudes locus: qñ de laude faciem⁹ ſermonem: tunc determinandum. Que quidem igitur opꝫ coniectare adhortantes tanq̃ futura: aut exiſtentia: τ que dehortantes manifeſtuꝫ. Contraria enim ſunt horum.

❡ Determinat de bono intrinſeco animę. Et qꝛ huiuſmodi bona ſunt virtutes: de quibus dicetur in capitulo ð laude: qð erit cum determinabitur de exclamatiuo negocio: ideo excuſat ſe dicens: ꝙ de virtute: qm̃ conuenientiſſim⁹ locus eius eſt circa laudes: qm̃ de laude faciemus ſermonem: tunc eſt determinandum: non nunc. ❡ Ultimo epilogat dicens: quę quidem opꝫ coniectare adhortantes tanq̃ futura: aut tanq̃ exiſtentia: τ qm̃ opꝫ dehortantẽ coniectare: manifeſtum eſt. i. ꝙ qꝛ contraria horum ſunt: qꝛ q̃tunq3 opꝫ aſſumere hortantes: contraria horum accipiũt dehortantes: τ dicit futura exiſtentia: ꝙ deliberantes ſm ea: quę exiſtunt debent coniectari de futuris. ❡ Ad intelligentiam eoꝝ: quę dicta ſunt de bona fortuna notanduꝫ: ꝙ phs in capitulo de bona fortuna diſtinguit duplicẽ bonam fortunam: vꝫ: continuam τ non continuam: ſiue raram τ ſpiſſam. Nam ꝙ aliquis neſciens nauigare vadat ad portum: τ potiſſime in tali loco: vbi ſępe ipſi nautę patiuntur naufragiũ duplici de cauſa poteſt contingere. Primo caſu: qꝛ forte accidit eum ſic euaſiſſe: τ qð contingit ẽ raro. vnde qui ſic eſt bene fortunatus: licet aliq̃ñ ei bene accidat in ſuo negocio. hoc tñ non eſt ſępe. Secũdo poteſt hoc contingere ex eo ꝙ ſic effugiens maris pericula dirigitur ab aliquo ſuperiori principio. vnde talis dicitur habere deum: ſiue dęmonem gubernatorem nauis. Et qꝛ deo nota ſunt omnia pręſentia τ futura: nil mirum ſi talis bene dirigitur. Unde phs volens oſtendere bene fortunatũ ex eo ꝙ a deo dirigatur: conſequi vtplurimuꝫ bonum ait homines habere prudentiam per experientiam. alij vero per conſuetudinem in conſiderando. alij vero ꝓpter alias cauſas: ſed deo per ſe competit prudentia: τ bene videt futura τ pręſentia: ideo qui a deo dirigitur: bene dirigitur. ❡ Nullus eſt ergo bene fortunatus ſimpliciter: niſi habeat deuꝫ ductorem ſui: τ tanto magis hmõi influxum diuinum ꝑcipimus: quanto magis ſumus a ſenſibilibus remoti: ideo ſimplices hoies conuenit vtplurimum eſſe magis fortũatos q̃ aſtutos τ verſipelles: qꝛ implicati negocijs inferioribus percipiunt magis ſuperiorem influxũ: ſicut ponit exẽplum phs: ꝙ ceci amiſſis oculis non intenti circa viſibilia memorantur magis. Et ſi naturaliter aliqui ſunt diſpoſiti ad hoc: aliqui ad contrarium ſicut virtutes ſunt a natura in bona fortuna τ forte multo magis a natura dici poteſt loquendo de directione noſtra prout a ſubſtantijs ſeparatis dirigimur in finem proportionatuꝫ naturę noſtrę: quẽ ex puris naturalibus conſequi poſſumus. ❡ Utrum aũt ſit aliquis finis ſupernaturalis: τ quomodo ad attingẽduꝫ illum adeo dirigimur: non eſt pręſentis ſpeculationis. bene ergo dictum eſt bonam fortunam aliquo modo pertinere ad bona intrinſeca: cum contingit naturaliter quodãmodo eſſe aliquos bene fortunatos.

QUoniam aũt ꝓponitur finis cõſulenti conferens: conſiliantur autẽ nõ de fine: ſed de his: que ad finẽ: hec aũt ſunt conferentia ſm actiones: conferens aũt bonum: ſumẽda vtiq3 erunt elementa de bono τ conferente ſimpliciter.

❡ Quia ad perſuadendum non ſufficit cognoſcere conſiliabilia: de quibus conſideramus: τ finem per quem hortamur: niſi de eis ſciamus formare ęlementa τ propoſitiões ideo in iſtis ſequentibus capitulis: vbi complet tractatum deliberatiuuꝫ hoc nos docet. Et duo facit: qꝛ primo docet nos formare ęlementa τ propoſitiones de bono conferente: quę ſunt finis deliberationis. Secũdo viam ad formãdum talia de maiori τ minori: τ de poſſibili τ impoſſibili: quę vt ſuperius fuit oſtenſum ſunt annexa tali fini. Secũda ibi. (Qm̃ autem ſępe). ❡ Circa primum duo facit: qꝛ primo continuat ſe ad dicenda. Secundo exequitur de ꝓpoſito. Secunda ibi. (Sit itaq3 bonum). Dicit ergo: ꝙ qꝛ proponitur finis conſulenti: τ conferens ſiue conſilians: τ deliberans cõſiliatur non tñ de fine: ſed de his. quę ad finem ſunt: cum ea quę ſunt ad finem ſm actiones τ operationes ſuas ſint conferentia fini: oportet de conferentibus eſſe conſilium. Cuꝫ ergo conferens ſit bonuꝫ: ſi volumus habere notitiam perfectaꝫ de deliberatiuo negocio ſumẽda ſunt ęlementa τ propoſitiones de bono τ de conferente ſimpliciter. Dicit autem de conferente ſimpliciter: quia ſicut rhetor non intendit de perſuaſibili huic vel illi: ſed ſimpliciter: ita intendit de conferente ſimpliciter nõ huic vel illi. ❡ Deinde cum dicit.

❡ Sit itaq3 bonum quodcunq3 ipſum ſui gratia eſt eligibile: τ cuius gratia aliud eligamus.

❡ Exequitur de intento: τ duo facit: quia primo diffinit bonum. Secundo ex diffinitionibus datis docet nos cognoſcere bona τ formare propoſitiões de bono. Secũda ibi. (His autem poſitis). ❡ Circa primum duo facit. qꝛ primo deſcribit bonum quod eſt finis. Secundo bonum qð eſt ad finem. Secunda ibi. (Et factiuum aut conſeruatiuum. ❡ Circa primum tria facit: qꝛ finis tripliciter poteſt deſcribi. Primo per comparationeꝫ ad ea: quę ſunt ſui generis. Secundo per comparationem ad appetitum. Tertio prout comparatur ad res: in quibus hꝫ eſſe. Secunda ibi. (Et ꝙ omnia appetũt. Tertia ibi. (Et quo pręſente.) Quantum ad res ſui generis dupliciter diffinitur finis. Primo qꝛ eſt propter ſe eligibilis. Secundo qꝛ propter ipſum alia eliguntur. ❡ Ad intelligentiam autem dictoruꝫ notandum: ꝙ ſm regulam traditam a phõ in ſecũdo metaphi. in omni genere eſt dare vnum: quod eſt primo tale: propter quod omnia alia ſunt talia: vt in genere verorum eſt dare primum verum: propter qð omnia alia ſunt vera: ſic in genere bonorum per primum bonũ omnia alia ſunt bona. Hmõi aũt primũ bonuꝫ eſt finis: qꝛ ꝑ finẽ ẽ omnis bonitas in his: quę ſunt ad finẽ. cum ergo finis ſit de genere bonorum: τ ſit primum bonum per comparationeꝫ ad bona: in quorum genere ponitur large accipiendo genus dupliciter poteſt deſcribi finis ſecundum quod quodlibꝫ primum in omni genere dupliciter diffinitur. Nam vno modo diffinitur primum per comparationem ad ea: quę ſunt ante ipſum. τ ſic deſcribitur per negationem: quia primum eſt quod non eſt ab alio tale: nec per aliud: ſed a ſe τ per ſe. τ ſm hunc modum phus diffinit quaſi primum bonum: qð eſt eligibile ſui gratia: ſiue ꝙ idem eſt eligibile τ

volitum:non per aliud. Sc̄da deſcriptio primi ſumit̄ per comparationē ad ea:quę ſunt poſt ipſum:τ ſic deſcribitur per cauſalitatē:q2 primū eſt:per quod cętera ſunt talia. Et q̄ntum ad hoc ſubdit ph̄s ſc̄dam diffinitionem finis: vz: ꝙ finis eſt:cuius gratia aliud eligimus. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Et ꝙ omnia appetūt: aut omnia: que ſenſuz habent τ intellectum: vel ſi acceperint: τ quecunqȝ intellectus vnicuiqȝ dederit. hoc enim vnicuiqȝ bonum.

¶ Poſtq̄ diffiniuit bonū finis per comparationez ad res ſui generis: diffinit finē ꝑ comparationē ad appetitū: τ dat quatuor deſcriptiones eius. Prima ē: ꝙ tale bonū eſt: qđ omnia appetunt. Sc̄da eſt: ꝙ oīa appetunt ipſum: quę habent ſenſum τ intellectū. Tertia eſt: ꝙ oīa ipſum appeterent. ſi acciperent intellectū. Quarta eſt: ꝙ qđcunqȝ dederit intellectus vnicuiqȝ: hoc eſt vnicuiqȝ bonū. ¶ Ad euidentiam dictoꝝ notandū: ꝙ cum omnis natura tendit in aliquē finē: τ finis τ bonū ſint idem: oīs res τ oīs nā tēdit in bonum. Et q2 non eſt appetitus boni ſine cognitione: oꝫ omni rei tendenti in bonum aſſignare cognitionē: ꝑ quā ſi in bonū tendat: τ ſm̄ quam dirigatur: aliter. n. caſualiter tenderet: ſed hmōi cognitio non eodē modo comparatur ad ea: quę tendunt in finem: q2 aliqua tendit ꝑ cognitionē quę eſt in ipſis: aliqua per cognitionē: q̄ eſt in alio. ¶ Nā ſicut videmus in motu locali: ſic arbitrari poſſumus ī motu ſm̄ finem. Uidemus. n. aliqua moueri localiter: quę tēdunt ad debitum terminum per cognitionez: quę in ipſis eſt: vt aīalia: aliqua vero tendunt ꝑ cognitionem: quę eſt eis in alio: vt ſagitta: quę niſi dirigeret̄ per cognitionem ſagittantis: non tenderet in debitum locum. Sic brūta intellectum vel aliquam cognitionem poſſunt tendere in finē ꝑ cognitionem: quę eſt in ipſis: ſed res nāles τ vniuerſal̄r inſenſibilia: cum cognitione careant: vel caſualiter dirigūtur in finem: quod eſt inconueniens dicere: vel opꝫ dare intellectum aliquem: per cuius cognitionez dirigatur nā tota: ſicut ſagitta dirigitur per ſagittantem: ꝓpter quod hīr dcm̄ eſt: ꝙ opus naturę eſt opus intelligētię. τ Cōmētator in. 12. metaphi. ait. ꝙ natura facit aliqđ perfecte τ ordinate: q̄uis non intelligat: ſed hoc agit quaſi rememorata ex virtutibus agentibus nobilioribus: quę dicūtur intelligētię. ¶ His viſis poſſumus dicere: ꝙ quadrupl̄r pōt deſcribi bonum per cōparationez ad appetitū. primo cōīter nō deſcendendo ad modū appetendi: τ ſic cū cōīa tendāt in bonū eſt prima deſcriptio boni. vz: ꝙ bonum eſt: qđ oīa appetunt. Sc̄do poteſt deſcribi bonū prout tendunt in ipſuz habentia cognitionem. et q2 non tendunt in bonum ꝑ cognitionem: quę ſit in ipſis ſed ſolū ſunt talia habentia ſenſum τ intellectum: ideo eſt ſecunda deſcriptio boni: vz: ꝙ bonum eſt: qđ omnia appetunt: quę habent ſenſuz τ itellectum. ¶ Tertio mō poteſt deſcribi bonū ſub cōditione. nā licet non omnia cognitionem habeant: nec oīa tendant in finem per cognitionem: quę ſit in ipſis: ſed dirigunt̄ ab intellectu diuino: tn̄ in illum eundem finem: in quē intendit natura: eo ꝙ dirigit̄ ab intellectu diuino: ſi acciperet intellectum: tenderet etiam ꝑ intellectum ꝓpriū: τ ideo ē tertia diffinitio ꝙ finis: illud eſt bonum τ finis omnium qđ omnia appetunt: ſi oīa acciperēt intellectū. ¶ Quarto mō pōt deſcribi bonū put oīa tendunt in ipm̄ ꝑ ſupiorez intellectū: nā ēt intell̄m habentia: licet tendant in bonū per cognitionē: quę ſit in ipſis: in quo diſtinguunt̄ ab his: quę cognitione carent: q̄m talia tendunt in bonū per cognitionem: quę ſit in alio: non tn̄ per hoc excludit̄ q̄n talia tendant in bonum per cognitionem: quę ſit in alio: cū ipſꝫ intellectum τ cognitionē: quam habent: ab alio acceperint. Solus. n. intellectus diuinus eſt ille: qui a nullo dirigitur: ipſe tn̄ oīa dirigit. Et q2 diuinꝰ itellectus oībus ꝓuidet bonis ſm̄ bonum ꝓpriū: ideo eſt hęc vltima diffinitio boni: vz: ꝙ hoc eſt bonum vnicuiqȝ: τ tale bonum vnūqđqȝ dꝫ appetere: qđ ei intellectus dederit: τ ad quod bonū ipſꝫ ordinatur intellectus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ In quo pręſente bene diſponitur: τ ſufficienter hꝫ: τ quod per ſe ſufficiens.

¶ Ponit deſcriptionem boni per comparationez ad rem quam ꝑficit dicens: ꝙ bonuz eſt quo pręſente res diſponitur per ipm̄: τ ſufficienter hꝫ bene diſponere rem: τ ꝑ ſe eſt ſufficiens: in quo ſufficienter diſtinguitur bonuz: quod eſt finis ab alijs bonis. Nā ſi alia bene diſponunt rem: nō diſponunt ſufficienter: τ ſi diſponunt ſufficienter: hoc non eſt per ſe: ſed put ſunt coniuncta ſuis finibus: ſolus finis eſt illud: quod per ſe: τ ſm̄ ꝙ huiuſmodi dicitur ſufficiens bonum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et factiuum: aut conſeruatiuum boꝛum: τ ad quod ſequuntur talia ex prohibitiua contrariorum τ corruptiua.

¶ Deſcribit bonum: quod eſt ad finem: τ duo facit: q2 primo facit quod dictum eſt. Sc̄do diſtinguit quędam: de q̄bus fecerat mentionem deſcribendo tale bonuz. Secūda ibi. (Sequuntur aūt). Dicit ꝙ bonum eſt ad finem: ideo bonum eſt: qđ eſt factiuum τ conſeruatiuū boꝝ. i. finium: ſiue boni finis: τ ideo tale bonū eſt: q2 ad ipſum ꝯſequunt̄ talia bona: ſiue fines: vel ea: quę ſunt ad finem: ideo bona ſunt: quę ſunt corruptiua τ prohibitiua ꝯtrariorum. i. ꝙ ꝓhibent: vel corripiunt ea: quę contrariātur fini. ¶ Ad euidentiam dictorum notandum: ꝙ ea quę ſunt ad finez intantū bona ſunt inquantum conferunt ipſi fini: vel faciūt ad ipſum. Facere autem ad aliud poteſt eſſe dupl̄r per ſe: vel ꝑ accidēs per ſe dupl̄r: vel q2 eſt factiuum illius: vel q2 eſt conſeruatiuum eius: per accidens aūt dupl̄r: vel q2 eſt cauſa: ſine qua non oportet iſtud ꝑexiſtere ad hoc ꝙ aliđ fit: vel q2 eſt remouens prohibens. Iſta. n. duo genera cauſarum reducuntur aliquo modo ad cāſ per accidens: vz: cā ſine qua non: τ remouens ꝓhibens. Ideo ph̄s quadrupliciter deſcribit bonum: quod eſt ad finem. Primo q2 eſt factiuum finis. Secūdo: q2 ꝯſeruatiuū eius. Tertio: q2 ad ipſum ſequitur finis. Quarto: q2 ꝓhibet τ corrūpit contraria fini. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sequuntur aūt dupliciter: aut enim ſimul: aut poſterius: puta adiſcere quidez ſcire poſterius. Conualeſcere autem viuere ſimul.

¶ Quia fecerat mentionez de ſequi: τ de factiuo: diſtīguit vtrunqȝ: adeo duo facit: q2 primo diſtinguit ſequi. Secundo factiuuꝫ. Sc̄da ibi. (Et factiua tripliciter). Dicit ergo: ꝙ ſequi aliquid ad aliud eſt dupliciter: q2 aut ibi ſola prioritas naturę: aut eſt ſimul ibi tempore: aut eſt ibi τ poſterius tempore. Et exemplificat de vtroqȝ: quia diſcere eſt prius: τ ſcire eſt poſterius etiam tempore accipiendo ſcire ꝓut dicit habituatam cognitionez: quę ſequitur ad diſcere: ſed conualeſcere licet naturaliter pręcedat vitam perfectam tempore: tamen τ ſimul: quia ſtatim cum homo cōualuit: ſequitur ipſum euaſiſſe mortem: vel habere vitaꝫ. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et factiua tripliciter: hec vt conualeſcere ſanitatis: hec aūt vt alimenta ſanitatis: alia vero vt exercitari: q2 vt in pluribus facit ſanitatem.

¶ Diſtinguit factiua dicēs: ꝙ aliquid eſt factiuū alterius tripliciter. Primo ſicut conualeſcere vl̄ natura roborata

τ conualeſcens

⁊ conualeſcens efficit ſanitatem. Secūdo autē vt alimēta ſint effectiua ſanitatis. Tertio alia vt exercitari ⁊ potionari ſint effectiua ſanitatis ꝑut in pluribus exercitari: vel aliquid hmōi ſanitatē facit. ℂ Ad euidentiam dictorum notandum: ꝙ hęc tria effectiua ſic accipi poſſunt: quia aliquid poteſt efficere aliud: vel principaliter: vel inſtrumētaliter: vel exercitans: vel remouens contrarium ꝑncipaliter efficit ſanitatem. Natura roborata ⁊ conualeſcens inſtrumentaliter facit ſanitatem: cibus ⁊ alimentū quo vtitur natura vt inſtrumento ad expellendum morbū exercitata: ⁊ remouendo contrarium inducit ſanitatem potio ⁊ exercitatio. Dicitur enim cibus inſtrumentum: q᷑ cibus inducit ſanitatem: non principaliter: q᷑ hoc facit natura: ſ; iuuando ⁊ pręhendo adminicula naturę. ℂ Deinde cū .d.

ℂ His aūt poſitis neceſſe ſumptiones bonoꝝ bonas eſſe: ⁊ malorum abiectiones.

ℂ Ex deſcriptionibus datis de bono oſtendit nos cognoſcere bonum certitudinaliter. Secūdo dat nobis maximas ad cognoſcendum ea: quę dubitamus eſſe bona. Secūda ibi. (In dubijs autem). ℂ Circa primum tria facit: quia poteſt tripliciter bonum diſtingui: vz bonum finis: bonū quod pręcedit finem: ⁊ bonum qḋ finem concomitatur ⁊ ſequitur: vt fęlicitas eſt bonum: qḋ eſt finis. Virtutes aūt ⁊ alia: quę fęlicitatem inducant: poſſunt dici bona: q̄ ſunt ad finem. Delectatio autem non eſt ipſa fęlicitas: nec pręcedens fęlicitatem: ſed eſt aliquid concomitans ipſā: ⁊ ornans eam: ſicut pulchritudo iuuentutem: vel iuuētus pulchritudinē: vt poteſt haberi ex .x°. ethico. Primo ergo docet nos phs cognoſcere bona: quę ſunt ad finem. Secūdo bonum: qḋ eſt delectatio: quod eſt concomitans finē. Tertio docet nos cognoſcere ipſum bonū finis. Secūda ibi. (Delectationē). Tertia ibi. (Ut aūt ſm vnum.) ℂ Circa primum duo facit: q᷑ primo docet nos cognoſcere bona: quę ſunt ad finē in generali. Secundo in ſpeciali ibi. (Et virtutem autem). ℂ Circa primum tria facit. q᷑ primo pręmittit duas propoſitiones: ſm quas cognoſcimus talia bona. Secūdo oſtendit eas eſſe veras. Tertio annectit propoſitionem comprehendentē quodāmodo duas prędictas. Secunda ibi. (Aſſequitur enī). Tertia ibi. (Et pro minori). Dicit ergo: ꝙ his poſitis: quę dicta ſūt: neceſſe eſt ſuppoſitiones bonorum eſſe bonas. i. neceſſe eſt ea eſſe bona: quibus poſitis ſequitur nos bonū habere: ⁊ abiectiones malorum etiam eſſe bonas. ℂ Deinde cū dicit.

ℂ Aſſequitur enim huic quidem non hr̄e malū ſimul. Huic autem habere poſterius.

ℂ Dat cauſam dicti: vel oſtendit eſſe verum: quod dictū eſt dicens: ꝙ huic. i. per adiectiones malorum ſequitur ſimul. i. ſtatim non habere malum. huic autem. i. per ſuppoſitiones bonorum habere bonum: ⁊ ſi non ſtatim: ſaltem poſterius. ℂ Deinde cum dicit.

ℂ Et pro minori bono maioris acceptio.

ℂ Ponit quandam maximam comprehendentē quodāmodo prędicta duo dicens: ꝙ bonum eſt pro minori bono accipere maius bonum: in quo quodāmodo comprehenditur: quia minus bonum eſt quodāmodo malum reſpectu maioris boni: ⁊ ideo accipere maius bonum pro minori eſt quodāmō vitare malū ⁊ aſſeq̄ bonū. ℂ Deinde ⁊c̄.

ℂ Et virtutes autem neceſſe bonum eſſe: ſm has enim ⁊ bene diſponuntur habentes: ⁊ factiue bonorum ſunt ⁊ actiue: ⁊ de vnaquaq; aūt: ⁊ que: ⁊ qualis ſeorſum dicendū. Et delectationem bonum eſſe. Omnia enim animalia appetunt ipſam natura. Quare ⁊ pulchra ⁊ delectabilia neceſſe bona. hoc qḋ enim delectationis factiua.

ℂ Hic docet nos cognoſcere quod eſt ad finem in ſpeciali. Oſtenſum eſt enim in libro ethicorum: ꝙ virtus non habet rationem fęlicitatis ſm actus eius. Et q᷑ virtus ordinatur ad actum: ideo habet rationem conferentis: ⁊ eius quod eſt ad finem. Oſtendit autem tale conferens eē bonum dicens: ꝙ neceſſe eſt bonum eſſe. Et ſubdit cauſam: q᷑ ſm has virtutes bene diſponuntur habētes: ⁊ huiuſmodi virtutes ſunt factiuę ⁊ actiuę bonorum. Et q᷑ oſtenſū eſt ſupra talia eſſe bona: neceſſe eſt virtutes bonas eſſe. Et quia non perfecte hic determinat de virtute: ideo excuſat ſe dicens de vnaquaq; virtute quę ⁊ qualis ſit dicendū eſt ſeorſum: quod erit in capitulo de laude. ℂ Deinde cū dicit. (Et delectationem). Oſtendit delectationem eſſe bonam: ⁊ duo facit. q᷑ primo facit quod dictū eſt. Secūdo dat quandam diuiſionem bonorū. Secunda ibi. (Bonorum autem). Dicit ergo: ꝙ neceſſe eſt delectationem ⁊ bonum eſſe. Et ſubdit cauſam: q᷑ omnia animalia natura vel naturaliter appetunt ipſum. Oſtenſum autem fuit ſupra: quę appetuntur ab habentibus ſenſum ⁊ intellectum bona eſſe. ℂ Concludit etiam ex habitis: ꝙ neceſſe ē pulchra ⁊ delectabilia bona eſſe: quia talia ſunt factiua delectationis: quę bonum eſt. ℂ Deinde cum dicit.

ℂ Bonorum autem hec quidem delectabilia: hec autem ipſa ſm ſe eligibilia ſunt.

ℂ Ex habitis dat quandam diuiſionem bonorum. Nam cum delectatio: quę eſt quodāmodo eligibile per ſe: ſit bonum: ⁊ factiuum delectationis bonū ſic neceſſe eſt: ꝙ bonorum hęc ſint delectabilia: vt factiua delectatiōis. hęc autem ſm ſeipſa eligibilia: vt ipſę delectatiōes. ℂ Deinde.

ℂ Ut autem ſm vnum dicere neceſſe bona hec eſſe felicitatem. Et enim ſm ſe eligibilis ⁊ ꝑ ſe ſufficiens: ⁊ gratia ipſius multa eligimus: iuſtitia: fortitudo: temperantia: magnanimitas: magnificentia: ⁊ alij tales habitus. virtutes enim anime.

ℂ Docet nos cognoſcere bona: quod eſt ipſe finis: ⁊ duo facit: q᷑ primo oſtendit hoc de ipō fine. Secundo de ꝑtibus eiꝰ. Secūda ibi. (Iuſtitia ⁊ fortitudo.) Dicit ergo: ꝙ vt ē ſm vnum dicere: neceſſe eſt fęlicitatem eſſe hęc bona: vel ſm ꝙ hꝫ alia littera: neceſſe eſt fęlicia bona eſſe dicat: vt ē ſm vnū dicere: q᷑ cętera bona ſunt bona in ordine ad aliḋ ſed ipſe finis ⁊ ipſa fęlicitas eſt bonum ſimpliciter ⁊ per ſe bonum non in ordine ad aliud. Dicit ergo hęc bona eē fęlicitatem: quę omnia bona quodāmodo comprehenduntur in fine. Subdit aūt cām: quare fęlicitas eſt bonum ſm ſe: q᷑ ſm ſe eligibilis: ⁊ per ſe ſufficiens: ⁊ gratia ipſius multa eligimus. cum ergo oēm fuerit ſupius talia eē bona: fęlicitas bona ē. ℂ Deinde cū dicit. (Iuſtitia: ⁊ fortitudo). oſtendit bonas eſſe partes fęlicitatis. ℂ Ad cuius euidētiam notandum: ꝙ licet fęlicitas proprie ſumpta eētialr nō dicat niſi actū virtutis perfecte: attamen cōiter ſūpta: vt de ea loqtur rhetor: q᷑ importat q̄ſdā ſufficientiā vitę: oīa illa bona: ꝑ q̄ talē ſufficientiā accipimus: ꝑtes fęlicitatis eſſe ꝑnt. Ex quo apparet nō eē incōueniēs aliqḋ ꝯputari iter ꝑtes fęlicitatis: ⁊ tn̄ eſſe bonū: qḋ ē ad finē. cū ēt ꝑ talia bona q̄ſdam ſufficientiam habeamus. Cum ergo duo ſint: quę faciant ad talem ſufficientiam. vz bona: ⁊ potentię bonorum: quia ex eo ꝙ potentes ſumus ad bona ſufficientes ſumus. Ideo philoſophus duo facit: quia primo

deſcribit partes fęlicitatis prout ſunt bona. Scdo put ſūt potētie bonoꝝ. Scda ibi. (Potētia dicēdi agendi. ¶ Circa primū quatuor facit: qꝛ bona humana: vt ſuperius oſtēſum fuit: ſunt quadruplr diuiſa. Primo.n. oſtendit eē bona ea: quę ſunt intrinſeca aię. Scdo ea: quę ſunt intrinſeca corpori. Tertio ea: quę ſunt extrinſeca corpori. Quarto ea quę ſunt extrinſeca aię. Scda ibi. (Et ſanitas: ꝛ pulchritudo). Tertia ibi. (Diuitie virtus). Quarta ibi. (Honor ꝛ gloria). ¶ Ut aūt appareat dr̄ia eoꝝ: quę dicūtur hic ab his: quę dicta fuerunt in pręcedenti capitulo notandū qꝫ lꝫ de his omnibus: vꝫ de intrinſecis ꝛ extrinſecis aię ꝛ corporis determinatum fuerit in pręcedēti capitulo. attamē ibi determinatum fuit de ipſis inq̄tum ſunt ptes fęlicitatis: vel inq̄tum faciebant ad quandam ſufficientiaꝫ vitę: non tn̄ perſpicuum erat ea eſſe bona: qꝛ nō data erat deſcriptio boni. Hic ēt oſtenditur talia eſſe bona p diffinitiōes boni ſuperius datas. ¶ Dicit ḡ p̄mo: qꝫ iuſtitia: fortitudo: magnanimitas: magnificētia: ꝛ alij tales habitus ſupplēdum eſt ſunt boni. ꝛ ſubdit cām: qꝛ ſunt virtutes aię: quas oſtenſum eſt ſupra eſſe bonas. ¶ Notandū aūt: qꝫ lꝫ phs ſupra ꝛ hic mentionem fecerit de virtute: non tn̄ eſt ſuperfluus: qꝛ ſupra oſtendit virtutem eſſe bonam: vt ordinaē ad fęlicitatem. Hic aūt intendit de ea put eſt pars fęlicitatis: oſtenſum fuit aūt loquendo de fęlicitate: vt loquiē rhetor non eſſe inconueniens idem eſſe parteꝫ fęlicitatis: ꝛ eē bonum: quod eſt ad finem. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et ſanitas: ꝛ pulchritudo: ꝛ talia: virtutes enim corporis ꝛ factiue multorum: vtputa ſanitatis ꝛ delectationis: ꝛ ipſius viuere: ppter quod ꝛ optimum videtur eſſe: qm̄ duorū: que apud omnes multos precioſiſſima ſunt: cauſa eſt delectationis ꝛ ipſius viuere.

¶ Oſtendit ea eſſe bona: quę ſunt intrinſeca corpori dicēs: qꝫ ſanitas: ꝛ pulchritudo: ꝛ talia ſupplēdum eſt ſunt bona: ꝛ ſubdit cauſam: qꝛ ſunt virtutes corporis ꝛ factiue multorum bonoꝝ: puta ſanitas: quę eſt quid intrinſecum corpi eſt factiua delectationis: ꝛ etiam ipſius viuere: ppter qḋ quę apud multos ſūt: p̄cioſiſſima ſunt. Eſt ergo ſanitas bonum: qꝛ eſt factiua bonorū: ſicut ēt pulchritudo ꝛ alie virtutes corporales bone ſunt: qꝛ taliū ſūt factiuę. ¶ Deide.

¶ Diuitie virtus enim poſſeſſionis ꝛ factiuuꝫ multoruꝫ: amicus ꝛ amicitia: ꝛ enim ſm ſe eligibilis amicus: ꝛ factiuus multorum.

¶ Oſtendit.n. partes fęlicitatis: quę reſpiciunt corpus ſm exteriora bona eē dicens: qꝫ diuitię ſupple bonę ſūt: ꝛ ſubdit cauſaꝫ: qꝫ ſunt virtutes poſſeſſiōis: ꝛ ſunt qdē factiuū multorum bonoꝝ: ſicut ēt amicus ꝛ amicitia bona ſunt: ꝛ eſt cauſa: qꝛ amicus eſt ſm ſe eligibilis ꝛ factiuus multorum bonoꝝ: qḋ ēt de amicitia dicere poſſumus. ¶ Deiñ.

¶ Honor autē ꝛ gloria etenim delectabilia ꝛ factiua multorum: ꝛ aſſequitur ipſis vt frequenter aſſiſtant ea: in quibus honoratur.

¶ Oſtendit partes felicitatis eſſe bonas: quę reſpiciūt aīaꝫ ex extrinſeco dicens: qꝫ honor ꝛ gloria bona ſunt. ꝛ ſubdit cām: qꝛ talia ſunt delectabilia ꝛ factiua multoꝝ bonorū. Et vlterius ad talia ſequuntur bona: ideo addit: qꝫ vt frequenter aſſequitur: vt in ipſis qui honorantur exiſtant ea bona: in quibus honorantē. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Potentia dicendi agendi: factiua enī omnia talia bonorum.

¶ Oſtendit bonas eſſe potentias bonoruꝫ. Et duplr facit: qꝛ primo oſtendit hoc de potentijs naturalibus. Secūdo de potentijs acquiſitis. Secūda ibi. (Similiter aūt ꝛ ſciētię). Potentias nāles hēmus duplr. Primo reſpectu nālium bonorum. Scdo inquantum habemus nāles aptitudines ad bona: quę habemus ex acq̄ſitione: ideo duo facit ſm qꝫ ambo hęc oſtendit bona eſſe. Scda ibi. (Adhuc bonę). Et ſubdit cām: qꝛ omnia talia: vel omnes tales potentię ſunt factiuę bonorum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Adhuc bone aptitudines memorie faciles diſciplinatus: ſolertia ꝛ omnia talia: factiue eniꝫ bonorum he potentie ſunt.

¶ Oſtendit ipſas aptitudines bonas eſſe dicens. qa adhuc ſunt bone aptitudines ad bona acq̄ſita: vt ad ſciētias: ꝛ ad alia bona hōꝫ aptitudines ſunt memorię faciles diſciplinatus: ſicut qꝫ homo ſit ḋ facili diſciplinabilis: ſolertia ꝛ oīa talia. Et ſubdit cauſam quare tales potentię bonę ſunt: qa hę ſunt potentię factiuę bonoꝝ. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Similiter autem ꝛ ſcientie omnes: ꝛ artes: ꝛ viuere. Si.n. nullum aliud ſequatur bonuꝫ ſm ſe eligibile eſt.

¶ Oſtendit potentias acq̄ſitas bonas eſſe: ꝛ duo facit: qꝛ p̄mo facit hoc de ſcientijs ꝛ artibus. Secūdo ſpāliter manifeſtat hęc de iuſtitia: quę reſpicit mores ibi. (Et iuſtū conferens). ¶ Dicit ḡ: qꝫ ſimiliter ſciētię ꝛ omnes artes: quę ſunt potentię acquiſitę bonę ſunt: ꝛ etiam viuere inq̄tum deſeruit nobis in artem ꝛ ſcientiam bonum eſt. Et ſubdit cām quare viuere bonum ſit: ꝛ ſi ex ipſo viuere nullū aliḋ ſequatur bonum ſm ſe eſt eligibile. Si vero vita eſt tātuꝫ bonum: ꝛ ipſam ordinamus ad artes ꝛ ſcientias: opꝫ artes ꝛ ſcientias eſſe bonas. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et iuſtum: conferens enim cōmuniter ē. hec quidem igitur fere confeſſa bona ſunt.

¶ Oſtendit iuſtitiam bonam eſſe: per quā potētes ſumus ad bene conuiuendum moraliter dicens. Et iuſtuꝫ ſupple eſt bonum: ꝛ ſubdit cauſam: qꝛ conferens tale quale eſt iuſtum eſt conferens cōmuniter: qꝛ vꝫ toti cōitati: ꝛ toti genti. ex quo apparet ipſum eſſe potiſſime bonum: qꝛ bonum gētis dignius eſt q̄ꝫ bonum vnius. ¶ Ultimo epilogat qꝫ hęc: quę numerata ſunt: fere ſunt bona cōfeſſa. i. bona manifeſtata: bona non dubia. ꝛ dicit fere: qꝛ aliqua enumerata ſunt: quę aliquis pp vniuerſitatem appetitus iudicaret non eſſet bona.

In dubijs autez ex his ſyllogiſmi.

¶ Poſtq̄ꝫ phus oſtendit bona eſſe: quę fere ab oībus ſunt confeſſa: ꝛ non videnē eē dubia. Hic docet nos ęlementa ꝛ propoſitiones: per quas poſſumus cognoſcere: de q̄bus dubitamus: an ſint bona. Et duo facit: qꝛ primo premittit intentionem ſuam. Secundo exequiē de itento. Scda ibi. (Cui ɔ̄riū.) ¶ Dicit ergo: qꝫ ſylli ad cognoſcēdū ea: de quibus dubitamus: vtrum bona ſint: poterunt fieri ex his. i. ex ppoſitionibus dicendis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Cui contrarium malum: hoc bonum.

¶ Exequitur de intento. ¶ Ad cuius euidentiā notanduꝫ intentionem phī eſſe inuenire quaſdam generales ppoſitiones: per quas poſſumus cognoſcere: an ſit aliquid bonū ſi dubitaremus de bonitate eius: vtputa ſi dubitaremus an bellare ſit bonum multis modis poſſemus hoc cognoſcere. Primo ſi eius contrarium vt habere paceꝫ eēt maluꝫ: vel ſi bellare eſſet aliquid laudabile: qꝛ laudabilia bona ſunt: vel per aliquas alias vias. Huiōi ergo maximas ꝛ ppoſitiones

⁊ propoſitiones:per quas de talibus dubijs certificamur in toto reſiduo huius capli vult venari phs. In venando autē talia duo facit:qr pmo venaṫ hoc ex ipſo cōtrario boni. Scdo venaṫ hoc idez ſm diuerſas acceptiones boni. Scda ibi.(Cuius non eſt.) ¶ Cōtrariū aūt boni dupliciter pōt ſumi. Primo rōne formę ſm ꝙ malū contrariatur bono. Scdo ratione ſubiecti ꝓut hoīes:qui ſunt apti nati eſſe ſubm bonitatis ſibiinuicē cōtrariant. Ideo duo facit. Quia pmo docet nos ſumere maximā ad cognoſcēdū bona dubia ex ipſa contrarietate formę. Scdo ex cōtrarietate ſubi. Scda ibi.(Et cuius ꝯtrariū.) Dicit ergo pmo:ꝙ illud eſt bonū:cuius cōtrariū eſt malū:vt ſi bellare eſt malū:habere pacē eſt bonū. ¶ Aduertendū autez hāc maximā nō eſſe verā:niſi id qd ponit bonū cōtrarietur malo inquātū malū eſt. Videmus eni ꝯriū mali malū eſſe:vt auaritia mala eſt:quę opponiṫ prodigalitati. tñ nō eſt mala auaritia īquātū prodigalitati oppóniṫ:ſed ꝓpṫ deficit a largitate:quę eſt virtus. Si ergo intelligiṫ ꝓpoſitio per ſe:⁊ cū reduplicatione ſemꝑ eſt vera. ¶ Notādū tñ:ꝙ ⁊ ſi nō ſemꝑ eſſet vt vą:ſi cēt in pluribus ſufficit:vt ſit ꝓpoſitio rhetorica. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et cuius contrariuz inimicis expedit:puta ſi timidos eſſe maxime inimicis palā:quia fortitudo maxime proficua ciuibus.

¶ Docet ſumere tales maximas ex ꝯtrarietatibus boni:ſicut ex inimicitia hoīum. Et tria facit. Quia primo facit qd dictum eſt. Scdo dicit talē maximā ſm apparentiaz eſſe vtilem. Tertio ſubdit ſm veritatē eā nō hr̄e veritatē ſemper:ſz frequēter. Scda ibi.(Et totaliter ꝙ inimici.) Tertia ibi.(Eſt aūt nō ſemꝑ.) Dicit ergo pmo:ꝙ id eſt bonū cuius cōtrariū expedit inimicis:puta expedit inimicis noſtris eos eſſe timidos palam:qr fortitudo eſt maxime bona:vel eſt maxime ꝓficua ciuibus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et totaliter qr inimici volūt:aut in quo gaudent contrarium huic proficuum videtur: ꝓpṫ quod bn̄factiuū ē:ꝑfecto gaudet Priamus.

¶ Oſtendit ꝙ talis maxima videṫ vtilis dicens:ꝙ totaliter ⁊ vlr qd volunt inimici:aut in quo gaudent:cōtrariuz huic videṫ ꝓficuū ⁊ bonū.ideo bene dictū eſt ꝓuerbiuz certe gauderet Priamus. Fuit eni iſtud ꝓuerbium apud gręcos:ꝙ qn̄ ſapiētes gręcoꝝ volebant diſſuadere gręcis aliqd tanq̄ malū. Dicebāt:ꝙ ſi illud facerent Priamus qui erat inimicus eoꝝ gauderet:ꝓpter qd cōtrariū videbatur eſſe. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Eſt aūt nō ſemꝑ hic:ſed vt frequēter. Nihil enim prohibet aliquando eadem expedire contrarijs. Unde dicitur ꝙ mala congregāt hoīes quādo eſt idem nociuum ambobus.

¶ Subdit cauſam:qr nihil ꝓhibet aliqn̄ cōtrarijs ⁊ inimicis expedire eadē.naz cū ciuibus expediat iuſticia:⁊ hoc expedit inimicis ciuiū:ne eis obſint:ideo bene dictuz eſt id ꝓuerbiū:ꝙ mala congregant hoīes inimicos:qn̄ id eſt proficuū ⁊ nociuū ambobus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et cuius nō eſt ſuperabundātia. hoc bonuz. Quodcūqz aūt fuerit maius q̄z opz malum.

¶ Docet ſumere maximas ſm diuerſas acceptiōes boni. Bonū aūt tripliciter pōt ſumi. Primo ꝓut bonū eſt finis Scdo prout importat bonū:qd eſt ad finē. Tertio ꝓut dicit bonū cōiter ſumptū ad vtrūqz. Ideo tria facit:qr primo docet ſumere huiꝰ maximas ex fine. Scdo ex his:quę ſūt ad finē. Tertio docet hoc accipiēdo bonū ad vtrūqz communiter. Scda ibi.(Et laudabile.) Tertia ibi.(Et poſſibilia.) Circa pmū tria facit ſm ꝙ finis triplr̄ pōt accipi. Prio ſm ſe. Scdo in cōparatione ad ea:quę ſunt ad finē. Tertio ꝓut cōparaṫ ad ipſum appetitū. Scda ibi.(Cuiꝰ gratia multa.) Tertia ibi.(Et multa appetūt.) Propter pmū notandū:ꝙ ſm phm in pmo politicoꝝ. finis eſt appetibilis in infinitū:alia aūt ſunt appetibilia ſm ꝙ habēt ordinē ad finē:ideo ait ꝙ hoc eſt bonū:cuius non eſt ſuperabundantia:vel etiam nō pōt ibi abundātia eſſe:⁊ ſubdit cauſam quare vbi nō eſt abundantia:hoc eſt bonū:qr vbi eſt magis q̄z oporteat:hoc eſt malū. ergo carentia ſemper abundantia eſt bona. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Cuius gratia multa laborata ſunt:aut multa ſunt expenſa:apparens enim bonuz iam:⁊ vt finis iam ꝙ tale exiſtimaṫ:⁊ finis multorum:finis aūt bonū:vnde hec dicta ſunt. Dedit gloriaz Priamo:⁊ turpe. Et diuturnuz ſufferre Quia in amnibus hydria.

¶ Ponit ſecundā conſiderationē ſumptam ex fine ſm ꝙ comparaṫ ad alia dicens:ꝙ illud cuius gratia ſunt multa ellaborata:⁊ multa expenſa:eſt apparens bonū.i.eſt manifeſte bonū:qr ſe habet:vt finis. Extimaṫ eni tale bonuz finis multoꝝ:vt oīum illoꝝ:quę ſunt expenſe:aut ellaborata ꝓpter ipſum:⁊ quia finis eſt bonū:opz id bonuz eſſe. vnde ꝓpter hec dicta ſunt multa ꝓuerbia:quoꝝ vnuz eſt Dedit gloriā Priamo:in quo ꝓuerbio oſtēditur victoriā Troię:pro qua tot expēſa ⁊ ellaborata fuerūt:eſſe valde bonā:ꝓpter qd dimittere eā ſine victoria:⁊ ꝙ grępci amiſerūt tantū bonū:dabāt magnā gloriā Priamo:qr inimicabaṫ eis. Ex hoc etiā aliud ꝓuerbiuz dicebaṫ ꝙ ſufferre diuturnū laborē:vel diuturnas expenſas pro aliquo:⁊ nō habere illud:eſt valde turpe. Inde etiā illud ꝓuerbium inoleuit:qr in amnibꝰ ydria. ydria eni ꝓpe eſt vas pro aqua:quia de aqua eſt magna copia in amnibꝰ:⁊ ſtatim pōt quis eam habere. Alia tamē excellenter bona habētur ex magno labore:quę oīa declarant id eſſe maxime bonum:pro quo multa ſunt ellaborata. ¶ Et ſi tamē per hydriā vellemus itelligere aliqd excellēs bonū:tunc ꝓuerbiuz eſſet yronice dictuz:quaſi non eſſet in amnibꝰ hydria. ⁊ excellentia bona de nō facili habentur. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et qd mlti appetūt:⁊ circūpugnabile apparens. Quod eni omnes appetunt:hoc bonuz erat. Multi aut velut omnes videntur.

¶ Oportet cognoſcere bonū per cōparationē ad appetitū dicens:ꝙ multi appetunt:⁊ apparet circūpugnabile.ideſt apparet:qr pro eo habēdo hoīes pugnare debeāt:hoc ſimple eſt bonū. Et ſubdit cauſam:qr ita erat ſuperius diffinitum:bonū eſt:qd omnes appetunt. Et qr tale bonuz multi appetunt:ac poſitum eſt:qr multi videnṫ ⁊ computanṫ quaſi omnes:ideo opz tale bonuz eſſe. Apparet aūt phm per iſtas tres regulas docere nos cognoſcere bonuz:quod eſt finis:qr finis eſt ille:in quo non eſt ſuperabundantia:⁊ pro quo multa ellaboranṫ:⁊ omnes appetūt:quia ſicut pncipia in ſpeculabilibus:q̄ ſunt quaſi locus ſanię in domo. ſunt ab omnibus vel ſaltez a pluribus cognita:cōcluſiones autem nō:ſic finis in moralibus:qui ſe habet vt pncipia in ſpeculabilibus:eſt ab omnibus:vel a multis volitus:quod non oportet dicere de his:quę ſunt ad finem. ¶ Dīnde cum dicit.

¶ Et laudabile. Nullus eni non bonū laudat.

¶ Venaṫ maximas:quę ſumūṫ ex bono:quod eſt ad finē:bonum autē quod eſt ad finē quātū ad preſens in duobꝰ differt a fine. Primo:quia huius bona poſſunt eſſe lauda

bilia. Fini aũt non debetur laus: loquẽdo de laude: vt de ea loquit̃ ph̃s. Nã laus ſemꝑ ineſt rei in ordine ad aliud. finis aũt non ordinat̃ ad alia: ſed alia ad ipſum. Ideo dr̃ in ꝑmo ethicoꝝ: ꝙ nullus fęlicitatẽ laudat: ⁊ ibidẽ ſcribit̃ q̇ optimoꝝ nõ eſt laus: ſed aliqͥd melius laude. ¶ Secũdo differt huius bonum a fine: qꝛ ea quę ſunt ad finẽ ſunt eligibilia. Eſt enim eligibile idem qḋ conſiliabile: vt dicitur in tertio ethicoꝝ. Sicut ergo nõ eſt cõſiliũ de fine: ſʒ de his q̃ ſunt ad finẽ: ita ⁊ electio. ¶ Duo igitur facit ph̃s ſʒ ꝙ dupliciter docet nos cognoſcere bonũ qḋ eſt ad finẽ cũ dubiũ eſt ipſum eſſe bonũ: qꝛ primo facit hoc ex eo ꝙ tale bonũ eſt laudabile. Sc̃do ex eo qḋ eſt eligibile. Sc̃da ibi. (Et totaliter eligibilia.) Circa primũ duo facit: qꝛ primo dicit id: cui debet̃ laus: debʒ eẽ bonũ. Sc̃do qꝛ qḋ laudatur ab oĩbus: vel ſaltẽ a multis: bonũ eſt: eo ꝙ probabile ſit nunq̃ famã perdi. Et etiã qꝛ bonũ eſt quod laudat̃ a prudentibus: quia probabile eſt tales vera dicere. ideo oſtendit quę ſic laudant̃ bona eſſe. Sc̃da ibi. (Et ꝙ inimici.) ¶ Dicit g̃ ꝑmo ⁊ laudabile ſupple bonũ eſt: ⁊ ſubdit cãm quia nullus laudat non bonum: cauſa autẽ quare ſola bona ſunt laudabilia eſt: ꝙ bonũ finis ordo potiſſime habet rationem boni. nam malũ non dicit ordinem: ſed priuationẽ ordinis: quia huius ordo a fine in laude claudit̃. vt poteſt patere ex primo ethic. ideo ſola bona ſunt laudabilia. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et quod inimici ⁊ praui laudant: velut enĩ omnes iaʒ cofitentur: ſi ⁊ qḋ qui male paſſi: ꝑpter euidentiã enim confitebuntur vtiq̃ʒ: ſicut ⁊ praui quos amici vituperant: ⁊ boni quos inimici laudant.

¶ Oſtendit quę laudant̃ ab omnibus: vel a prudentibus bona eſſe. Et duo facit: quia primo oſtendit eſſe bona quę laudant̃ ab omnibus. Sc̃do quę a prudẽtibus. Sc̃da ibi. (Et quod prudentes.) Circa ꝑmũ duo facit ſm ꝙ dupl'r oſtendit aliquid eſſe laudabile ab omnibus. Nam qḋ aduerſarij ⁊ praui laudant: eſt valde manifeſte bonum: propter quod videt̃ ſequi: ꝙ omnes talia bona laudant. Rurſum ꝙ inſani ⁊ dementes laudant. videt̃ eſſe valde manifeſte bonum: ⁊ ab omnibus laudabile. Primo ergo oſtẽdit eſſe bona. quę laudant inimici ⁊ praui. Sc̃do q̃ laudãt male paſſi vel inſani. Sc̃da ibi. (Si ⁊ qui male.) Dicit g̃ ꝙ illud eſt bonũ qḋ inimici ⁊ praui laudant. Nam inimici ſemper odiunt aduerſarios ſuos: ⁊ praui diligunt praua quia qualis vnuſquiſq̃ʒ: talis eſt ſibi finis. videt̃ qḋ iſti laudant eſt tantũ bonũ: ꝙ iam velut omnes confitent̃ ipſuʒ bonum eſſe. ¶ Deĩde cum dicit. (Et ſi quod qui male.) oſtendit eſſe bonum: quod laudant inſani. Et duo facit: qꝛ primo facit qḋ dictũ eſt. Sc̃do ad roborationẽ dictorum adducit quoddã prouerbium. Sc̃da ibi. (Propter quod male dicti.) Dicit ergo: qꝛ illud eſt bonum ſi ꝙ qui male paſſi ſunt: hoc eſt ſi illi qui ſunt male diſpoſiti ſm intellectum: ⁊ inſani ſupple laudant ipſum: ⁊ ſubdit cauſaʒ dicti qꝛ ſi tales confitebunt̃ illud bonũ eſſe: hoc eſt ꝑpter euidentiam: vt quia illud eſt manifeſte bonum: ⁊ hoc manifeſtat per ſimile: quia ſicut illi ſunt praui: quos amici vituperant: boni quos inimici laudant: ita illud eſt bonũ ꝙ inſani: vel praui: vel inimici laudãt. ¶ Ad euidentiã huius ſimilitudis notãdũ ẽ q̇ bonũ ſm rei veritatẽ aliqͥd dupliciter contrariat̃. Primo rõne: qua verum eſt: ⁊ ſic ei contrariatur inſanus: qui vera iudicare neſcit. Sc̃do ratiõe: qua bonum eſt: ⁊ ſic ei contrariant̃ inimici ⁊ praui: quia bona cõſueuerunt vituperare. Et quia teſtimoniũ aduerſarioꝝ videt̃ eſſe valde efficax in omni cauſa: ideo qḋ laudãt praui ⁊ inimici: ⁊ etiã iſani: q ſũt q̃ſi aduerſarij bonoꝝ exiſtẽtium ſm veritatem videt̃ manifeſte bonum: ⁊ ab omnibus confeſſum. ¶ Deinde cum dicit.

Et magni maxima pars: qualeʒ epitaphiū dixit Perides: iuuentutem ex ciuitate ablatam eſſe: vel ac ver ex anno ſi auferatur. Et que in neceſſitate maiori: optima maiora: puta que in ſenectute ⁊ egritudinibus. Et duorum q̄d propiquius fini. Et ꝙ ipſi eſt ſimpliciter: ⁊ quod poſſibile impoſſibili: hoc quidē enim ipſi. hoc autem ⁊ quod in fine vite. Fines enim magis q̄q̄ apud finem.

Hic ponit quaſdam conſiderationes: que ſumunt originem ex dictis. Nam arduum ſiue difficile videtur eſſe potiſſime expediens: ⁊ exiſtēs: ⁊ charuʒ: ſiue virtuoſum: ideo tria facit: quia primo ponit maximas ⁊ conſiderationes ſumptas ex expedientia. Secūdo ex exiſtentia. Tertio ex virtuoſitate. Secunda ibi. (Et que ad veritatem). Tertia ibi. (Quod ad multa vniuerſalius). Circa primum ponit quinq; conſiderationes ſm ꝙ expediens quantum ad preſens quincupliciter poteſt ſumi. Primo prout refertur ad totum. Secundo prout comparatur ad neceſſitatem. Tertio prout comparatur ad finem. Quarto prout comparatur ad ſuam facultatem ⁊ poſſibilitatem. Quinto prout refertur ad vitam. Secunda pars ibi. (Et que in neceſſitate). Tertia ibi. (Et duoruʒ quod propinquius). Quarta ibi. (Et ꝙ ipſi). Quīta ibi. (Et ꝙ i fine). Prima conſideratio talis eſt. Qz cuiuſlibet magni ſemp maxima pars eſt melior: ⁊ maius bonum: quia magis expediens. Unde Perides deſcripſit quoddam epitaphiuʒ: vbi dicit: ꝙ iuuentutem ex ciuitate ablatam tale eſt ac ſi ver tolleretur ab āno: quia ſicut eſt nobiliſſima pars anni: ita iuuentus nobiliſſima pars ciuitatis. Secunda talis. Que fiunt in neceſſitate maiori: ſunt meliora: quia magis opportuna: vtputa que fiūt in egritudinibus ⁊ in ſenectute. Tertia talis. Quando aliqua duo comparantur ad finem: illud quod eſt propinquius fini eſt melius: q2 magis expediens. Quarta continet duas conſiderationes quia illud eſt melius: quod ſimpliciter eſt ipſi homini. i. quod eſt in facultate hominis: quia tali homini expediūt. Et ex hoc ſequitur alia conſideratio: ꝙ poſſibile eſt melius impoſſibili: quia hoc poſſibile eſt ipſi homini: ſiue in facultate eius. hoc autem vt impoſſibile non. Ultima conſideratio talis. Qz bonum in fine vite eſt melius: quia fines ſunt magis apud finem. i. q2 talia ſunt propinquiora fini ⁊ magis expedientia. Deinde cum dicit.

Et que ad veritatem his: que ad opinioneʒ. Terminus autem eius: q̄d ad opinionem: q̄d latere debeat: non vtiq; eligitur. Propter q̄d taʒ bene pati q̄ benefacere videbit vtiq; eligi. Et quecunq; eſſe magis q̄ iudicari volunt ad veritatem eius magis propter quid: ⁊ iuſtitiā aiunt paruum eſſe: quia videri q̄ eſſe eligibilius ſanum autem eſſe non.

Oſtendit magis eſſe bona: que ſunt magis optima. Et ponit tres conſiderationes circa hec: quaruʒ vna ſequitur aliam. Secunda ibi. (Quia ſi latere debeat). Tertia ibi. (Et quecunq; eſſe magis). Prima conſideratio talis. Que ſunt ad veritatem ſunt maiora bona his: que ſūt ad opinionem. Et ſubditur cauſa: quia exiſtentia: ſiue virtus eſt terminus: id eſt finis eius: quod eſt ad opinionem. Et quia finis eſt melior his: que ſunt ad finem: ideo exiſtentia prevalet opinionem. Secunda talis. Quicquid non eligeretur: ſi debeat latere: non videtur tantuʒ bonū ſicut illud: quod quis eligeret latens. Et quia non eſt commune: ꝙ quis eligat bene facere: niſi ſciretur. Eligunt tamen homines bene pati ⁊ bona ſuſcipere: ſi nullus ſciat ſecundum conſideratioņeʒ hanc: videtur melius bene pati q̄ bene facere. Tertia talis. Quecunq; homines volūt magis eſſe q̄ videri: ſunt magis eligibilia. Et eſt ratio quia ſunt magis ad veritatem. ⁊ dicunt homines iuſtitiam eſſe paruum bonum: quod eligibilius eſt videri iuſtū q̄ eſſe

ꝙ eſſe iuſtum: ſed ſanum eſſe non ſic habet: q2 potius q̄ libet eligeret eſſe ſanum ꝙ̄ videri. ¶ Aduertendum tamen: ꝙ iuſticia ſimpliciter eſt melior ſanitate: ſicut bonū animę eſt melius bono corporis. Et ſimiliter melius eſt eſſe iuſtum ꝙ̄ videri: tamen quia cōmuniter homines cognoſcunt ſolum ſenſibilia bona: ideo eligerent homines vtplurimum magis videri iuſtos ꝙ̄ eſſe. Et ꝙ hoc ſufficiat ad hoc ꝙ cōſiderationes nunc ſunt ſecundum modū rhetoricum. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Et ꝙ ad multa vtilius: puta ꝙ ad viuere: ⁊ bene viuere: ⁊ ad delectationem: ⁊ ad agēdu3 bona: propter quod diuitię ⁊ ſanitas maxime videntur eſſe: omnia enim habēt hec. Et ꝙ. n. minus triſte. Et ꝙ cu3 delectatione: plura eni3 vno: quare excedit. Et delectatio bonum: ⁊ triſticia: ⁊ duorum appoſitum magis totum facit. Et que non latent preſentia ꝙ̄ que latent: ad veritatem enim tendunt hec: propter quid ditari videbitur vtiq3 maius bonum ꝙ̄ opinari. Et amabile his quidem ſolum. his aute3 cū alijs: propter quod non equale damnu3: ſi qs monoculum excecauerit: ⁊ duos habentem amabile enim ſingulariter ablatum eſt. Et quidem igitur oportet perſuaſiones ferre exhortando ⁊ dehortando fere dictum eſt.

¶ Oſtēdit eſſe maiora bona: quę virtuoſiora ⁊ rariora ſūt. Et ponit ſex conſiderationes circa hęc. Secunda ibi. (Et enim qḋ minus). Tertia ibi. (Et qḋ cum delectatione). Quarta ibi. (Et duorum qḋ eidem). Quinta ibi. (Et quę non latent). Sexta ibi. (Et amabile his). ¶ Prima cōſideratio talis. ꝙ eſt ad multa vniuerſalius: id eſt magis bonū. Eſt enim virtuoſius ⁊ charius: ⁊ ideo quę valēt ad viuere: ⁊ bene viuere: ⁊ ad delectationem: ⁊ ad agendum bona: videntur eſſe valde bona: propter quod diuitię ⁊ ſanitas: quę habent omnia hęc. i. quę valent ad omnia prędicta videntur eſſe maxima. ¶ Secunda talis. Bonum qḋ habetur cum delectatione eſt maius bonum: ⁊ dat cauſa3 dictorum: quia plura bona ſunt meliora vno. Nam ſicut vnu3 quod valet ad multa eſt virtuoſius ⁊ rarius. ſic plura bona virtuoſiora ſunt: ⁊ chariora vno bono. Cum ergo delectatio ſit aliquod bonum ⁊ non triſtari: ⁊ bonum ſit quando delectatio: vel carentia triſticię adduntur bono poſſeſſo: ⁊ excedit bonum: quod eſt ſine iſtis poſſidetur ſicut plura bona vnum bonum. ¶ Tertia talis eſt. Si aliquid bonorum duorum appoſitum eidem facit totū magis bonum contrarium aliud: illud eſt maius bonum: qḋ virtuoſius. ¶ Quinta talis. Et ea quę pręſentia nō latent ſunt meliora ꝙ̄ quę latent: quia tendunt magis ad verita te3. Et in hoc ſunt meliora ⁊ maioris virtutis: propter qḋ ditari videtur eſſe magis bonum ꝙ̄ opinari: ſiue ꝙ̄ ſcire. ſunt eni3 diuitię magis ſenſibilia bona ꝙ̄ ſcientia. ¶ Vltima talis eſt. Quando his. i. aliquibus ineſt aliqḋ bonu3 amabile: ſolum his. i. alijs ineſt bonum tale cum alijs: ⁊ non ſolum vbi inuenitur ſolitarium: ibi magis bonum: quia eſt magis charū: ⁊ magis neceſſarium: ⁊ iḋ non ęquale damnum infert: ſi quis excecauerit de vno oculo monoculum ⁊ habentem duos oculos: quia monoculo eſt ablatum: quod ei erat amabile ſingulariter: propter quod illatum eſt ei maximum damnum. ¶ Vltimo epilogat: ꝙ fere dictum eſt: ex quibus oportet perſuaſiones ferre: vel facere exhortando ⁊ dehortando.

Primum autem ⁊ principiū omnium ad poſſe perſuadere: ⁊ bene conſulere ciuitates: omnes accipere ⁊ vniuſcu. uſq3 conſuetudies: ⁊ leia: ⁊ ꝯferētia diſtiguere.

¶ Poſtꝙ̄ phs poſuit elemēta ⁊ ꝓpoſitōes de bono ꝯferenti: vt de maiori ⁊ minori. hic dat vnam viā ad inueniendum talia circa aliud: aut annexum: vt circa poſſibile: poſſibilitas ⁊ impoſſibilitas in perſuadendo dupliciter habet eſſe. Primo ex fine. Nam quia finis imponit neceſſitatem his: quę ſunt ad finem: ſi volumus ſcire. verum per talia poſſumus perſuadere iſti ciuitati: vel nō poſſimus: oportet nos ſcire finem eius. Et quia ſm diuerſas ciuilitates ſunt diuerſi fines: oportet nos accipere ciuilitates ⁊ vnamquāq3 ciuilitatem cognoſcere: vnde cu3 ciuilitates ⁊ vniuerſaliter omnia moralia videantur reponi in ſua ſpecie potiſſime per finem: ſic naturalia reponuntur per ſuas formas: ſicut in naturalibus ex formis ⁊ naturis eorum ſumitur poſſibilitas ⁊ impoſſibilitas: ita ⁊ in deliberatiuo negocio ex fine debet ſumi poſſibilitas ad ꝑſuadendum: ſed talia habent eſſe ex moribus ⁊ conſuetudinibus ciuium. Nam ſi ſciuerimus mores ⁊ leges ciuiu3 erimus magis potentes ad perſuadendum eis. Duo ergo facit philoſophus in hoc capitulo: quia primo pręmittit intentionem ſuam. Secundo exequitur de intento. Secunda ibi. (Perſuadentur enim omnes). ¶ Dicit ergo p̄mo q2 oium ꝑncipioꝝ iſtud ē maximū ad poſſe ꝑſuadere: ⁊ bñ ꝯſulere: accipe ciuilitates oēs: ⁊ diſtiguere ꝯſuetudīes vniuſcuiuſq3: ſiue leges: ⁊ ēt q̄ ꝯferāt legibꝰ ⁊ ꝯſuetudinibus. Deīde.

¶ Perſuadētur enim omnes conferentes. Cōfert enim qḋ ſaluat ciuilitatē. Adhuc autē precipua quidē precipui enūciatio. Precipua autem diuiſa ſunt ſm ciuilitates: quot enim ciuilitates: tot ⁊ precipua ſunt.

¶ Exequitur de intento. Et duo facit: quia primo oſtendit ꝙ opꝫ diſtinguere ciuilitates ipſas. Scḋa ibi. (Sunt autē ciuilitates quatuor). ¶ Circa primum duo facit ſecundū ꝙ dupliciter probat: ꝙ cognoſcere ciuilitates facit ad bene poſſe perſuadere. Secunda ibi. (Adhuc autem pręcipua). ¶ Prima ratio talis. Omnes perſuadentur conferentes quia quilibet eligit bona ⁊ conferentia. cōfert autem quod ciuilitate3 ſaluat. Si ergo volumus poſſe perſuadere: oportet nos ſcire diſtinguere ciuilitates: vt ſciamus: quę ſaluant ciuilitates: ⁊ quę ciuilitatibus cōferūt. ¶ Secunda ratio talis. Adhuc pręter rationem dictam enunciatio ⁊ cognitio finis: qui pręcipue ⁊ principaliter in quolibet eſt attendendus circa pręcipua ē principalis ad perſuadendum. ſed ipſa pręcipua ⁊ ipſi fines ſunt diuerſi ſecundum ꝙ ciuilitates diſtinguuntur. Si ergo finis eſt pręcipua ⁊ principalis ad poſſe perſuadere: cognitio ciuilitatis erit etiā pręcipua ad tale poſſe. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sunt autem ciuilitates quatuor: democratia: olicratia: ariſtocratia: monocratia. Quare qḋ quidem dominatur: ⁊ qḋ iudicat. Horꝫ autem vtiq3 erit pars: aut totum horum.

¶ Diſtinguit ipſas ciuilitates. Secundo cuilibet ciuilitati dat ſuum finem. Tertio concludit ex dictis: ꝙ cognoſcere conſuetudines: ⁊ leges: ⁊ conferentia facit ad poſſe perſuadere. Scḋa ibi. (Finē vtiq3). Tertia ibi (Palā igitur). ¶ Circa primū duo facit: q2 primo facit qḋ dictū ē. Scḋo diffinit vel notificat vnāquāq3 ciuilitatem. Secūda ibi.

(Eſt aũt democratia). Dicit ergo p̃mo: q̃ ciuilitates ſũt quatuor: democratia: olicratia: ariſtocratia: ⁊ monarchia. Et quia quęlibet ciuitatum denominatur a dominatiõe: vel a principatu: vt monarchia quaſi principatus vnius: democratia quaſi principatus virtutuꝫ: ⁊ ſic de alijs. ideo addit: q̃ ſcire: qui dominatur in ciuitate: ⁊ quod ciuitateꝫ indicat: erit aliqua pars bonum: vel totum bonum: idest erit aliqua pars ad cognoſcendum huiuſmodi ciuilitates: vel potius erit totum: q̃ potiſſima ⁊ tota cognitio ciuilitatum eſt per diſtinctionem principatuum. ¶ Dein̄ ⁊c̄.

¶ Eſt autem democratia quidem ciuilitas: in qua ſorte diſtribuunt principatus. Olicratia auteꝫ in qua: qui i honorabilibus. Ariſtocratia autem in qua: qui ſm eruditionem. Eruditionem autem dico eam: que a lege poſitaꝫ. Qui enim manſerint in legitimis: in ariſtocratia principantur. Neceſſe autem hos videri optimos. Unde ⁊ nomen accipit hec monarchia ſm nomen: in qua vnus omnium dominus eſt. Harum auteꝫ: que quidem ſm ordinem quendã regnum. Que aũt indeterminata tyrãnis.

¶ Notificat ciuilitates: ⁊ quatuor facit. q̃ primo dicit q̃d eſt democratia. Secundo quid olicratia. Tertio quid ariſtocratia. Quarto quid monarchia. Secũda ibi. (Olicratia autem). Tertia ibi. Ariſtocratia autem). Quarta ibi. (Monarchia autem). Notificatur autẽ democratia: q̃ eſt ciuilitas: in qua ſorte diſtribuũtur principatus. Nam in tali ciuilitate dominatur totus populus: vł quaſi totus. Et quia vniuerſaliter quilibet vult eſſe libere quodãmodo par alijs: ideo in ea honores ⁊ ciuilitates pariter diuidũtur ſorte. Olicratia auteꝫ notificatur ſic: quia eſt ciuilitas in qua qui fulgent honorabilibus dominanť: quia in huiuſmodi ciuilitate dominantur diuites: quibus potiſſime exhibetur honor. Ariſtocracia ſic notificatur: q̃ eſt ciuilitas: in qua dominantur: qui ſunt excellentiores ſm eruditionem: eruditionem dico eaꝫ poſitam: quę eſt a lege. Nã qui manſerint in legitimis in ariſtocratia dominanť. naꝫ in tali ciuilitate dominantur prudentes: nõ prudẽtes quocunqꝫ modo: ſed in legalibus. ideo ſubdit: q̃ neceſſe ẽ hos ſic prudentes videri optimos in tali ciuilitate. Unde hęc .i. ipſa ariſtocratia accipit nomen ab ipſa cognitione legalium. Nam ſi dicitur ariſtocratia principaliter virtutuꝫ: hoc eſt inquantum intentio legiſlatoris eſt inducere homines ad virtutes. Monarchia autem ſm q̃ nomen deſignat eſt ciuitas: in qua eſt vnus dominus omnium. Iſtarum autem ciuilitatum: in quibus ſolus vnus dominatur illa: quę eſt ſm originem quandam: vt ſm origineꝫ debitam dicitur regiminum: vel regnatiua. Illa auteꝫ quę eſt indeterminata: ⁊ caret tali ordine: dr̃ tyrãnis. ¶ Deinde.

¶ Fineꝫ vtiqꝫ vniuſcuiuſqꝫ ciuilitatis nõ oportet latere. Fingunt q̃ ad finem. Eſt autem democratie quidem finis liberalitas. Olicratie autem diuitie. Ariſtocratie vero: que circa eruditionem ⁊ legitima. Tyrãnidis aũt cuſtodia.

¶ Aſſignat finem vniciuiqꝫ ciuilitati dicẽs: q̃ ſi volumus perſuadere ⁊ bene conſulere: oportet nos non latere fineꝫ vniuſcuiuſqꝫ ciuilitatis. ⁊ dicit cauſam: quia finem homines eligunt: quod eſt ad finem. ideo ſubdit: q̃ finis democratię: in qua dominatur populus: ⁊ quilibet vult eſſe par alijs eſt libertas. Finis olicratię: in qua dominantur diuites ſunt diuitię. Finis ariſtocratię: in qua dominãtur eruditi ſm legem: ſunt ea: quę circa eruditionem: ⁊ legitima: vt q̃ homines ſint eruditi: ⁊ ſciant legalia: ⁊ ſciendo obſeruent ea. Finis tyrannidis eſt cuſtodia corporis: cõmoduꝫ proprium: quia tyrannus non intendit bonum ſubditorũ ſed bonum ſuum. ¶ Ad euidentiam dictorum notandũ: q̃ cum ſex ſint ciuilitates: tres bone: regnatiua: ariſtocratia: ⁊ thimocratia: ⁊ tres malę iſtis oppoſitę: vt tyrãnia: olicratia: ⁊ democratia. Phus tamen dicit hic ciuilitates eſſe quattuor: quia non fuit intentionis ſuę determinare de iſtis ciuilitatibus: niſi ratione diuerſitatis finium: quia thimocratia ⁊ democratia quantum ad pręſens ſpectat: aliquo modo habent eundem finem: inquantuꝫ vtrobiqꝫ quodãmodo intenditur libertas: ideo vt eſt pręſentis ſpeculationis vna non ponitur in numero cum alia: ſicut ẽt regnatiua quodãmodo videtur reſpicere eundem finem cum ariſtocratia: q̃ ſi cum in ariſtocratia intenditur eruditio ſm legem: vt ciues eruditi in talibus obſeruãt leges ⁊ fiunt virtuoſi: ſic intẽtio regni dꝫ inducere homines ad virtutem: ideo numerando fines ciuilitatuꝫ philoſophus non aſſignauit finem regnatiuę: ſed tyrãnidis. ¶ Poſſumus aliter dicere: ⁊ forte melius. Nam bonum eſt vno modo: malum auteꝫ multipliciter: ideo omnes boni quodãmodo concordant in fine: quia ponunt finem ſuum in bono ſecundum rationem: mali autem non ſunt concordes: nec ponunt finem ſuum in vno bono. Unde ſꝫ q̃ aliter ⁊ aliter ſunt diſpoſiti ſm appetitum: aliter ⁊ aliter feruntur in bonum: ideo omnes tres ciuilitates bonę ſm q̃ huiuſmodi ſunt: habent quodãmodo vnum finem: i quo in omni bona ciuilitate principaliter debet intendi bonitas ciuium. Malę autem ciuilitates: quę ſunt tres habẽt tres diuerſos fines: ita q̃ in vniuerſo ſunt quatuor fines: id̃ diſtinguit phs q̃tuor ciuilitates. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Palam igitur: q̃ ea que ad finem vniuſcuiuſqꝫ conſuetudines: ⁊ legitima: ⁊ conferentia diuidẽdũ: ſiquidẽ eligunt ad hoc referentes.

¶ Concludit ex dictis legitima ⁊ cõſuetudines poſſe aliq̃d perſuadere. Et duo facit: quia primo facit quod dictũ eſt. Secundo adducit rationem q̃dam. Secunda ibi. (Quoniam autem non ſolum). ¶ Dicit ĝ palam eſſe ex dictis diuidendum eſſe ea: quę ſunt ad finem ⁊ conſuetudines ⁊ talia: quia debemus ſcire ⁊ diuidere ea: quę ſunt ad fineꝫ ⁊ conſuetudines vniuſcuiuſqꝫ: ⁊ legitima: ⁊ cõferentia ad iſta: quia quicunqꝫ eligunt aliquid. eligunt ex eo: q̃ referunt ipſum ad hoc .i. ad finem: ⁊ ſecundum diuerſos fines ſunt diuerſę cõſuetudines: ⁊ diuerſę leges: ideo ſi oportet nos ſcire diuerſitatem finium inter ciuilitates conſuetudinum ⁊ legum: vt ſumus potentes ad bene pſuadendum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quoniam autem non ſolum perſuaſiones fiunt per demonſtratiuam orationem: ſed ⁊ p moralem: eo enim q̃ apparet quale quidẽ hic dictuꝫ credimus. Hic autem ſi bonus appareat: aut beniuolꝰ: aut ambo oportebit vtiqꝫ mores vniuſcuiuſqꝫ ciuilitatuꝫ nos habere. Morem enim vniuſcuiuſqꝫ maxime perſuaſiuum neceſſe ad vnamquanqꝫ eſſe.

¶ Adducit rationem ad hęc. ⁊ tria facit: quia primo facit quod dictum eſt. Secundo docet nos cognoſcere diuerſitates noſtrorum. Tertio epilogat. Secunda ibi. (Hęc autem accipiẽtes). Tertia ibi. (Quę quidẽ igitur). Dicit ergo primo: q̃ pſuaſiões nõ ſolũ fiũt per demõſtratiuã orõnẽ: ſiue ex pte rei: ſed etiam fiunt per moralem locutionẽ: ſiue per

ſiue per mores: vt ex parte loquētis: vt ex eo qđ hic dicēs apparet qualis quidam. Nam credimus dominātē ſi appareat nobis bonus: aut beniuolus: aut ambo. Et qꝛ poſſumus nos apparere⁹ beniuoli ⁊ boni moris: ex eo ꝙ ſcim⁹ nos conformare moribus ciuium: ideo vt poſſimus bene perſuadere: oportebit nos habere: ſiue ſcire vniuſcuiuſqꝫ ciuilitatem: qꝛ mores vniuſcuiuſqꝫ maxime videmus ꝑſuaſiuum eſſe: neceſſe eſt ad perſuadendū vnumquodqꝫ ſiue ad vnamquāqꝫ perſuaſionem faciendā eſſe nos ſciētes talia. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Hec autem accipientur per eoſdē locos: mores quidem manifeſti ſm electionem: electio autem refertur ad finem.

ℭ Dicit ꝑ illos eoſdem locos. i. per illā eandē viam: ⁊ per eadem documenta: per que accepimus eſſe diuerſas ciuilitates. Nā ſicut per diuerſos fines ſunt ciuilitates diuerſe: ⁊ alie ⁊ alie ſaluant aliam ⁊ aliam ciuilitatem. Iterum ſm diuerſos fines ſunt leges: ⁊ conſuetudines: ⁊ mores diuerſi: ideo ſubdit: ꝙ mores ſunt manifeſti ſm electionē. electio aūt refertur ad finem: ideo ſm diuerſos fines ſūt diuerſi mores. ℭ Deinde cū dicit.

ℭ Que quidem igit̄ oportet affectare exhortātes vt futura: aut exiſtentia: ⁊ ex quibus oportet conferentes perſuaſiones accipere. Adhuc aūt de his: que ſm ciuilitates moribus ⁊ legitimis: per que ⁊ qualiter abundabimus inquātum cōmenſurabile erat preſenti tꝑi diximus: dictum. n. eſt diligenter in politicis de his.

ℭ Epilogat dicens: nihil ex dictis eſſe: que exhortantes opꝫ affectare tanqꝫ exiſtentia. i. tanqꝫ preſentia: ⁊ que tanqꝫ futura: vt per preſentia futura adipiſcamur: ⁊ etiam dictum eſt: ex quibus oportet accipere perſuaſiones conferentes. i. de conferenti ⁊ bono. Adhuc aūt per que: ⁊ qualiter habebimus de his moribus: ⁊ de his legitimis: que ſunt ſm ciuilitates exquiſite diſtinguere non eſt preſentis ſpeculationis: quia dictum eſt diligenter de his in politicis.

Poſt hec aūt dicamus de virtute ⁊ malicia: ⁊ turpi ⁊ honeſto: iſti enim fines laudanti ⁊ vituperāti.

ℭ Superius determinauit phs de negocio deliberatiuo. hic determinat de exclamatiuo. Et duo facit: qꝛ ꝑ pmittit qđdā preambula ad propoſitū. Secūdo exequitur de intento. Secunda ibi. (Honeſtum quidem igitur eſt). ℭ Circa pmū tria facit: qꝛ primo ꝯtinuat ſe ad dicenda. Scđo oñdit vtilitatem huius tractatus. Tertio manifeſtat neceſſitatem eius. Secunda pars ibi. (Accidet aūt ſimul). Tertia ibi. (Qm̄ aūt accidit ſine ſtudio). Dicit ergo primo: ꝙ poſt hec. i. poſtqꝫ determinauimus de deliberatiuo negocio: dicamus de virtute ⁊ malicia: ⁊ de turpi ⁊ hōeſto: quia iſti ſūt fines laudati ⁊ vituperati: ⁊ circa iſta verſatur exclamatiuum negocium: de quo intēdimus tractare. ℭ Deiñ. c. d.

ℭ Accidet aūt ſimul de his dicentes: ⁊ illa facere: ex quibus quales quedam extimabimur ſꝫ morem: qđ erat ſecūda perſuaſio ex eiſdē nos ⁊ aliū fidedignū poterimus facere ad virtutē.

ℭ Oſtendit iſtum tractatum eſſe vtilē dicens: ꝙ dicētes de his: que pertinent ad exclamatiuum negociū accidet ſimul ⁊ facere illa. i. oſtēdere illa: ex quibus extimabimur quales quidem ſermones: qđ erat ſecunda perſuaſio: nā dictum fuit ſupra perſuaſionem fieri tripliciter: ex parte rei per enthimemata: ex parte dicētis propter mores: ex parte audientis per paſſiones. vnde in ſecūdo libro vbi determinatur de perſuaſione ſumpta ex parte dicentis remittit nos phs ad iſtud caplm̄. Dat aūt cauſam dicti dicēs: ꝙ ex eiſdem poſſumus facere nos ⁊ alium dignū fide ſꝫ virtutem: in quo apparet magna vtilitas huius tractatus: qꝛ non ſolum ex eo ſcimus laudare ⁊ vituperare alios: quod pertinet ad rhetorem. Sed cum hoc poterimus oſtēdere nos ⁊ alios dignos fide: quia hominibus virtuoſis ⁊ morigeratis fides adhibetur. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Quoniam autem ſine ſtudio ⁊ cum ſtudio laudare ſepe non ſolum hominem: aut deū: ſed inanimata ⁊ aliorum animaliū quodcūqꝫ eodem modo: ⁊ de hoc accipiēde ꝓpoſitiōes. Quare qꝫtū exēpli grā dicamus ⁊ de his.

ℭ Oſtendit iſtum tractatum eſſe neceſſariū. ℭ Ad cuius euidentiam notandum: ꝙ quotienſcumqꝫ contingit aliqđ fieri ſine ſtudio: vt quia fit a caſu: ⁊ cum ſtudio: vt qꝛ fit ex experientia ⁊ cōſuetudine: ſemper in tali negocio neceſſaria eſt ars: que ea dirigat: ſicut ſupra oſtendit phus: qꝛ contingebat perſuadere a caſu: ⁊ a cōſuetudine. Oſtēdit ꝙ cōtingebat ipſa per artem dirigere. hoc eſt ergo qđ ait: qꝛ accidit ſepe laudare cū ſtudio ⁊ ſine ſtudio: non ſolū hoīem aut deū: vt intellectualia: aut irrōnalia: ſed inanimata ⁊ vnum quodqꝫ aliorū animalium: ideo neceſſaria eſt ars de tali negocio: ideo ſubdit: ꝙ eodem modo ſicut accepimus propoſitiones de deliberatiuo: accipiende etiā ſunt propoſitiones de hoc. i. de exclamatiuo. Et dat modū qualiter intendit de hoc determinare dicens. dicamus de his: que pertinent ad tale negocium: qꝫtū permittit gratia exēpli: hoc etiā figuraliter ⁊ ſuperficialiter: ſiue ſūmatim: vt habet alia littera: qꝛ nec ſpectat ad rhetorem exquiſite: ⁊ per cauſam incedere. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Honeſtum quidem igitur eſt quodcūqꝫ propter ſe exiſtens laudabile eſt: aut quodcūqꝫ bonum exiſtens delectabile eſt: qꝛ bonum. Si autem hoc honeſtum ē neceſſe virtutem eē honeſtum: bonum enim exiſtens laudabile eſt.

ℭ Exequitur de intento. ℭ Circa quod notandū: ꝙ ſicut in deliberatiuo negocio phs docuit nos cognoſcere conſiliabilia: de quibus deliberamus: ⁊ fines per quos exhortamur: ⁊ poſtmodū ꝓpoſitiones ⁊ elementa tam de fine deliberatiui qꝫ de his: que fini annectuntur: ſic hic prius docet nos cognoſcere qđ ſit honeſtū: ⁊ ſilr q̄ ſunt ꝑtinētia ad honeſtatē: circa q̄ fiunt laudes ⁊ vitupia. Scđo docet nos formare ꝓpoſitiōes ⁊ elemētā de laude ⁊ vitupio qꝫ de his annexis. Scđa ibi. (Qm̄ āt ſigna ⁊ talia. ℭ Circa p̄m̄ duo facit: qꝛ ꝑ diffinit qđ eſt honeſtū: qꝛ vtus ⁊ ꝑtes vtutis: ⁊ ea que hñt ordinē ad virtutē ⁊ honeſtatē ꝑtinere: manifeſtat q̄ ſunt talia. Scđa ibi. (Virtus aūt eſt). In diffiniēdo honeſtū ponit duplicē deſcriptionē eius dicēs: ꝙ honeſtū eſt quocūqꝫ propter ſe eligibile laudabile exiſtens. ℭ Secūda talis. Quia honeſtum eſt quodcunqꝫ exiſtens bonum eſt delectabile: quia bonum: ſi hoc eſt honeſtum: vt diffinitum eſt: neceſſe eſt eſſe virtutem quid honeſtum. cū virtus ſit exiſtens bonum ⁊ laudabile. ℭ Ad intelligentiam dictorum notandum: ꝙ honeſtum dupliciter poteſt accipi. p̄ᵒ ſm ſe. 2ᵒ ꝑ ꝯparationē ad nos. Scđꝫ ſe acceptū hōeſtū ē ꝑꝑ ſe eligibile: qꝛ nihil ē honeſtū ꝑ ſe: qđ nō habet in ſe vnde eligatur. Sed ſi honeſtū comparetur ad nos: vel ad eos: quos habet delectare: ſic honeſtum eſt bonum

inducens delectationem:qꝛ bonum ſm ſe:nam mala ſm ſe non ſunt delectabilia. Sed ſi aliquis delectatur in eis: hoc eſt:qꝛ aliquis habens appetitum corruptiuum male cõformatur:qꝛ qualis vnuſquiſqꝫ eſt:talis ſibi finis videtur. Honeſta aũt de ſe ſũt talia.i.delectabilia: ꝑꝑ qḋ apparet ſufficientia diffõnum aſſignatarũ. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Uirtus autem eſt quedam potentia vt videtur acquiſitiua bonorum: ⁊ ſeruatiua. Et potentia benefactiua multorum: ⁊ magnorum: ⁊ omnium circa omnia.

¶ Oſtendit quid ſit virtus: ⁊ quid partes eius: ⁊ quę habẽt ordinem ad virtutem. Ideo tria facit. Secũda ibi. (Partes aũt virtutis). Tertia ibi. (De alijs aũt difficile). Dicit ergo primo: ꝙ virtus eſt quędã potentia:quę vt videtur.i. manifeſte eſt acqſitiua bonorum ⁊ ꝯſeruatiua: qꝛ per virtutẽ acqrimus honorẽ ⁊ gloriam: ⁊ multa bona. ⁊ eſt etiaꝫ virtus potentia benefactiua multoꝝ ⁊ magnoꝝ ꝙ̃tuꝫ ad opera eius:qꝛ virtus ſemꝑ eſt circa arduum ⁊ difficile: ita ꝙ hęc virtus eſt circa hęc magna:illa vero circa illa. Uirtus autem omnium.i.virtus ſimpliciter ſumpta eſt circa omnia. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Partes autem virtutis: iuſtitia: fortitudo: tẽperantia: magnificẽtia: magnanimitas: liberalitas: manſuetudo: prudentia: ⁊ ſapientia.

¶ Determinat de partibus virtutis. Et tria facit: qꝛ primo diſtinguit partes virtutis. Secundo comparat eas adinuicem. Tertio diffinit vel notificat vnamquanqꝫ illarum partium. Secunda ibi. (Neceſſe autem maximas). Tertia ibi. (Adhuc aũt iuſtitia). Dicit ergo primo: ꝙ ptes virtutis ſunt iuſtitia: fortitudo: ⁊ temperantia ꝙ̃tum ad virtutes morales: cardinales: magnificentia: magnanimitas: liberalitas: manſuetudo ꝙ̃tum ad virtutes aliquas morales: prudentia: ⁊ ſapientia ꝙ̃tũ ad intelluales. ¶ Deĩde.

¶ Neceſſe autem maximas eſſe virtutes eas: q̃ alijs honoratiſſime: ſiquidem eſt virtus potẽtia benefactiua: ꝓpter hoc fortes ⁊ iuſtos maxime honorant: hec quidẽ enim in bello: hec autem ⁊ in bello ⁊ in pace vtilis ipſis. Deinde liberalitas: emittunt.n. ⁊ non alterãtur de pecunijs: maxime quas appetunt alij.

¶ Comparat huiuſmodi virtutes adinuicem. Nam ſi virtutes ſunt honeſtę ⁊ honorabiles: ꝙ̃to ſunt magis honorabiles: tanto ſunt maiores virtutes: propter qḋ neceſſe eſt maximas virtutes eſſe eas: quę ſunt honorabiliſſimę alijs virtutibus: qꝛ ſi virtus eſt potentia benefactiua: ⁊ ex beneficijs quis honoratur: oportet eſſe proportionem virtutis adinuicem ſm ꝙ ſunt magis ⁊ minus honorabiles: ideo ſubdit: ꝙ fortes ⁊ iuſtos maxime homines honorant: qa ſi hoc.ſ.fortitudo eſt vtilis ⁊ benefactiua in bello. hęc aũt .ſ.iuſtitia eſt vtilis ipſis ciuibus i pace ⁊ bello. Deinde autem poſt dictas virtutes eſt honorabilis liberalitas: quas aliqui maxime appetunt. Uidentur ergo hę tres virtutes quodãmodo alias morales excellere: quia magis benefactiuę. ¶ Aduertendum tamen: ꝙ ab hac cõmendatione non excluditur magnificentia: cum magnificus ſit maxime pecuniarum emiſſiuus: nec excludit̃ magnanimitas cũ operet̃ magnum circa ſingulas virtutes. ¶ Deinde ⁊c̃.

¶ Adhuc autem iuſtitia quidem eſt virtus: ꝑꝑ quam que ſua ſinguli habẽt vt lex ꝓcipit. In iuſtitia autẽ: ꝑꝑ quã aliena: nõ vt lex ꝓcipit. Fortitudo aũt: ꝓpter quam actiui ſunt honorũ operum in periculis: vt lex precepit: ⁊ obſequentes legi. Timiditas aũt contrarium. Temperantia eſt virtus: propter quã ad delectatiões corporis ita ſe habent: vt lex precipit. In continentia autem contrarium.

¶ Notificat huiuſmodi partes virtutum. Et duo facit: qa primo notificat virtutes morales. Secũdo itellectuales. Secunda ibi. (Prudentia autem eſt). ¶ Circa primum duo facit: quia primo notificat virtutes: quę cõmuni noie dicuntur cardinales. Secundo notificat alias. Secunda ibi. (Liberalitas autem). ¶ Circa primum tria facit ſꝫ ꝙ virtutes morales cardinales tres ſunt: quia primo notificat quid eſt iuſtitia ⁊ eius oppoſitum. Secundo quid fortitudo. Secunda ibi. (Fortitudo autem). Tertia ibi. (Temperantia autem). Dicit ergo primo: ꝙ adhuc pręter ea: quę diximus de iuſtitia: notificemus ipaꝫ: ideo ait: ꝙ iuſtitia eſt virtus: propter quaꝫ ſinguli habent quę ſua ſunt: vt lex precipit. Iniuſtitia autem eſt eius oppoſitum: propter quod habentur aliena: nõ vt lex dicit. Poſtea notificat fortitudinem: que eſt virtus: propter quam in periculis homines ſunt actiui bonorum operum: vt lex pręcipit: ⁊ propter eã ciues ſunt obſequentes ⁊ obedientes legi. Timiditas aũt eſt cõtrariũ eius. Poſtea notificat tẽperantiam dicens: ꝙ temperantia eſt virtus: ꝓpter quaꝫ hoies ita ſe habent ad delectatiões corporis vt lex ꝓcipit. In cõtinentia aũt eſt ꝯ̃rium eius. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Liberalitas autem circa pecunias benefactiua. Illiberalitas autem contrarium. Magnanimitas aũt virtus factiua magnorum beneficiorum. Puſillanimitas aũt contrarium. Magnificẽtia autem virtus in expenſis magnitudinis factiua. Puſillanimitas autem ⁊ paruificentia contrarium.

¶ Notificat virtutes morales nõ cardinales. Et tria facit ſꝫ ꝙ ſunt tres hꝫ virtutes: q̃s notificat: qꝛ p̊ notificat liberalitatẽ ⁊ eius oppoſitũ. Scḋo magnanimitatẽ: ⁊ ei⁹ oppoſitũ. Scḋa ibi. (Magnanimitas aũt). Tertia ibi. (Magnificẽtia aũt). ſnia ꝑtiũ pꝫ legendo lr̃am. ¶ Deĩde.c.d.

¶ Prudentia autem eſt virtus intellectiua: ſm quam bene conſiliari poſſunt de bonis ⁊ optimis dictis ad felicitatem: ⁊ de virtute quidem igitur ꝺ malicia vniuerſaliter: ⁊ de partibus dictum eſt ſm preſens tempus ſufficienter.

¶ Notificat quid eſt prudentia dicens. ꝙ eſt virtus intellectus.i.intellectualis: ſm quam homines poſſunt bñ conſiliari de his quę dicuntur optima: ⁊ bona ad fęlicitatem. Epilogat autem dicens: ꝙ de virtute ⁊ de malicia vniuerſaliter: ⁊ de partibus eius dictum eſt ſm ꝙ pręſens tẽpus ſufficienter habet.i.ꝙ̃tũ ſpectat ad pñs negociũ. ¶ Deĩ.

¶ De alijs non difficile videre. Manifeſtum enim: ꝙ neceſſe factiua virtutis eẽ bona: ad virtutẽ enim: ⁊ que a virtute fiunt: talia aut ſigna virtutis ⁊ opera.

¶ Poſtq̃ determinauit de virtute ⁊ partibus eius. hic determinat de his: quę habent aliquem ordinem ad ipſ. Hęc autem ad tria genera reducunt̃: quia quędam ſunt cauſę virtutis ⁊ factiua eius: vt opera quę virtutem pręcedunt: quędaꝫ quę ſunt effectus virtutis: ⁊ opera eius vt actiões

⁊ opera

⁊ opera eius: vt ipſam ſequuntur: quędam autem ſunt ſigna virtutis: vt delectationes ⁊ talia: q₂ ſignum generati habitus eſt delectationem ⁊ triſtitiam fieri in opere. Hęc autem omnia de leui manifeſtantur: ſi ſciuerimus: quę ē virtus: ⁊ quę partes eius: ideo dit: ꝙ de alijs. i. de his: quę habent ordinem ad virtutem: non difficile eſt videre: quod eſt neceſſe factiua virtutis eſſe bona: quia talia habēt ordinem ad virtutem ſicut cauſę: ⁊ neceſſe eſt etiā ſigna ⁊ opa virtutis: quę ſunt a virtute etiam eſſe bona.

Quoniam autem ſigna: ⁊ talia quecūq₃ ſunt bona opera: aut paſſiones honeſte: neceſſe quecūq₃ fortitudine: opera autem ſigna fortitudinis: aut fortiter acta bona eē: ⁊ iuſta: ⁊ iuſte acta: paſſiones autem non. In ſola enim hac virtutum non ſemper: qđ iuſte honeſtu₃ eſt: quin potius damnificari turpe qđ iuſte magis ꝙ̄ qđ iniuſte: ⁊ ſm alias virtutes eodem modo.

¶ Superius notificauit plures: quę ſunt laudabilia: ſiue oſtēdit quid eſt honeſtum: ⁊ quid virtus ⁊ partes eius. Hic autem docet ſumere propoſitiones ⁊ elementa circa talia: ⁊ circa eius annexa: ideo duo facit: q₂ p̄mo ponit propoſitiones circa ipſa laudabilia. Secundo circa annexa eius. Secunda ibi. (Et in quibus honorum). ¶ Circa primū duo facit ſm ꝙ ponit duas tales propoſitiones. Secunda ibi. (Et in quibus). ¶ Prima cōſideratio talis eſt. Oꝫ ſigna virtutum: ⁊ quęcunq₃ talia ad virtutem ordinātur: vt ad bona opera ⁊ paſſiones honeſta ſunt laudabilia. Et q₂ vniuerſaliter q̄ habent ordinem ad virtutem laudabilia ſūt. ideo neceſſe eſt: ꝙ quęcunq₃ ſunt opera fortitudinis: ⁊ fortiter acta bona eſſe ⁊ iuſta: ⁊ iuſte acta ita bona eſſe. Refert tria de iuſtitia ⁊ de alijs: quia paſſiones iuſtę non ſunt honę: q₂ in ſola hac virtutum vt in iuſtitia non ſemper qđ iuſte ſit: honeſtum eſt vel pulchrum. Nam potius eſt turpe damnificari ⁊ ſuſtinere pęnam iuſte ꝙ̄ iniuſte. Et ſ₃ alias virtutes eo modo dicendum eſt: q₂ quę habent ordinē ad eas laudabilia ⁊ honeſta ſunt. ¶ Ad intelligentia₃ dictorum notandum: ꝙ eſt hic quęda₃ vniuerſalis propoſitio: ꝙ quia virtus eſt honeſta ⁊ laudabilis: quicquid habꝫ ordinem ad virtutem: vel quecquid eſt etiam virtuoſum eſt etiam laudabile ⁊ honeſtum: ⁊ etiam ſi accipitur ꝓpoſitio vt debet in nullo habet inſtantiam: tn̄ videtur quandā apparentiam habere inſtantia in iuſtitia: quia iuſtum eſt aliqn̄ aliquē ſuſpendi: ſuſpenſio tn̄ nō eſt pulchra: neq₃ honeſta: imo adeo videtur vituperabile eſſe alicui: ſi ſuſpenderet̄ iniuſte: ſicut ſi ſuſpenderet̄ iuſte. nā ſi ſuſpenſio iniuſta pulchra: ⁊ honeſta eſſe poteſt. ¶ Aduertendum ergo ꝙ ſi virtuoſa debent eſſe pulchra ⁊ honeſta: ſunt talia ꝓut habent ordinem ad eum in quo eſt virtus. Et quia in eo qui iniuſte ſuſpenditur: non eſt iuſtitia: ſed iniuſtitia: ideo accidit: ꝙ ſi eſt iuſtum. ſcđm ꝙ iuſtu₃ eſſet turpe hic. ſi qđ iuſtum dicitur per comparationem ad illum: in quo eſt iuſtitia: ſemper eſt pulchrum ⁊ bonum: ideo ſuſpenſio eſt latronis iuſta: licet per comparationem ad ipſum ſit turpis: quia in eo eſt iniuſtitia: per comparationem ad iudicem: in quo iuſtitia eſt: talem ſententiam dando: eſt honeſta et pulchra. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et in quibus prima horum honeſtas.

¶ Ponit aliam conſiderationem: quia illa ſunt laudabilia: in quibus ſunt pręmia ⁊ honor: vel ex qbus talia ↄſurgunt: q₂ in eis hꝫ eſſe honeſtas. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Et in qbus honor magis ꝙ̄ pecunię. Et quecunq₃ non ſui gratia agit quis eligibilium. Et que ſimpliciter bona quecunq₃ pro pr̄ia quis fecit negligens ſuum.

¶ Poſtꝙ̄ poſuit cōſiderationes de laudabilibus: ponit cōſiderationes de annexis: vt autem ſuperius dicebat̄: duo ſunt annexa cuilibet negocio. ſ. maius ⁊ minus: poſſibile ⁊ impoſſibile. Ideo duo facit: quia primo ponit cōſiderationes de maiori ⁊ minori. Secūdo de poſſibili ⁊ impoſſibili. Secunda ibi. (Sumendum autem ⁊ propinqua exiſtētibus). ¶ Circa primu₃ quatuor facit: q₂ primo venatur conſideratiōes de maiori ⁊ minori laudabili per comparationem ad ea: quę ſequimur ex operibus noſtris: p quę meremur laudem. Secundo facit hoc per comparationē ad ipſum bonum ſm ſe. Tertio per comparationē ad verecundia₃: quę opponitur bono. Quarto per cōparationē ad memoriam: quę conſurgit ex magnitudine boni. Secunda ibi. (Et quę non bono). Tertia ibi. (Et contraria autem in quibus. Quarta ibi. (Et memorabilia). ¶ Circa primum ponit tres conſiderationes habentes ſe per ordinem. Secunda ibi. (Et quęcunq₃ non ſui). Tertia ibi. (Et quę bona ſimpliciter). ¶ Prima conſideratio talis. Ea in quibus acquiritur honor ſūt magis laudabilia: qm̄ non aquiruntur pecunię. Eſt enim honor inter omnia bona exteriora maius: ⁊ ideo magis laudabile. ¶ Secunda ratio. Quęcūq₃ de numero eligibilium agit quis: non ſui gratia ſūt magis laudabilia ꝙ̄ quę agit gratia ſui. Hęc autem conſideratio ſequitur ex prima: q₂ in talibus ē magis honor. ¶ Tertia talis. Omnia bona ſimpliciter: quę quis fecit pro patria negligens qđ ſuum. i. negligens propriū cōmodum ſunt magis laudabilia: qm̄ alia ratio huius ē ex dictis p₃: q₂ in talibus h₃ eē magis honor. ¶ Dein̄ ⁊c̄.

¶ Et que natura bona: ⁊ que non ipſi bona. ipſius enim gratia talia. Et quecunq₃ mortuo contingit ineſſe magis ꝙ̄ viuenti. Quod enim non ſui gratia magis habent q̄ viuentia. Et q̄cunq₃ opera aliorum gratia: minus. n. ſui. Et quecūq₃ bone actiones circa alios: ſed non circa ſe ⁊ circa eos: qui benefecerunt. Iuſta. n. ⁊ beneficētia: non enim ad ſeipſum.

¶ Docet nos cognoſcere magis laudabilia ex ipſo bono ſ₃ ſe: ſiue ex ipſa natura boni. Et ponit quinq₃ conſiderationes ſe habentes per ordinem. Secunda ibi. (Et quę nō ipſi). Tertia ibi. (Et quęcunq₃ mortuo). Quarta ibi. (Et q̄cunq₃ opera). Quinta ibi. (Et quęcunq₃ bone actiones). ¶ Prima conſideratio talis. Quecunq₃ ſunt natura ⁊ ſ₃ ſe bona ſunt magis laudabilia. Et eſt ratio: q₂ in omni genere: quod eſt ſecundum ſe tale: eſt magis tale. ¶ Secunda talis. Quę non ſunt bona ipſi ideſt bona ſimpliciter ſūt magis bona. Et ſubdit cauſam: quia talia. i. bona ſm quid ſunt bona gratia ipſius. i. gratia deſiderantis ipſa. Eſt enī iſte modus: ꝙ bona iſti vel illi ſunt bona ſ₃ quid. ergo ab oppoſitis bonum ſm ſe: ſiue bonum non iſti aut illi: ē bonum ſimpliciter: quod excedit bonum ſm quid. Hęc aūt conſideratio ſequitur ex prima: q₂ bona ſimpl̄r ſunt bona ſm nām. ¶ Tertia talis. Bona quę ↄtingit in eē mortuo ſunt magis laudabilia ꝙ̄ q̄ ↄtingit in eſſe viuēti. Nō eni₃ laudamus mortuos ſ₃ ꝙ bona iſti vel illi: q₂ mortui ſ₃ vitā politicā nō remanēt niſi i memoria bonis: iđ talia bōa nō pn̄t ei cōpetere: ſ₃ laudamus mortuos ſm bōa ſimpl̄r: ideo ait: ꝙ bona: quę ſunt ſui gr̄a. i. bona iſti vel illi magis habent: quę ſunt viuentia. Nam cum talia ſint in rerum

natura ꝑpter corruptionē appetitus aliqua ſunt bona eis: que non ſunt bona ſimplr: ex quo apparet hanc tertiā cōſiderationē ſequi ex ſecūda. ¶ Quarta talis. Queçūq; fiūt gr̄a aliorum ſunt magis laudabilia. ⁊ ſubdit cām: qꝛ talia ſunt minus gratia ſui: ꝑpter qđ hec quarta ꝯſideratio ſeqtur ex tertia: vel ex ſecūda. ¶ Quīta ꝯſideratio ſeqtur ex quarta. Nā cū amicus ſit alter ipſe ⁊ benefactor vr̄ habere rōnem amici: bone actiones: q̄ fiunt circa alios: ⁊ circa extraneos ſunt magis laudabiles q̄ ille: que fiant circa ſe ipſos: ⁊ circa eos: q benefecerunt: qꝛ benefactores noſtri ⁊ amici ſunt quaſi alteri nos: ideo ſubdit: ꝙ bñficentia iuſta ⁊ laudabilis non eſt ad ſeipſum. ¶ Ad intelligentiam dictoꝝ notandū: qꝛ rhetor arguit ꝑſuaſibiliter: ⁊ ex qbuſdaꝫ qbus pōt vnaꝫ ⁊ eandē maximā accipere: ac ſi eſſent due maxime: in quā reducit eā i diuerſas cāſ ꝑſuaſiuas: vt opari non gr̄a ſui: ſed alterius pōt eſſe vna ꝯſideratio: qđ oſtēdit ſic: qa magis laudabile ē in q̄tū ꝑ h ꝯſurgit maior bonoꝝ. Et pōt eē ꝯſideratio alia in q̄tum iſtud eſt bonuꝫ ſimpliciter: aliud aūt eſt bonū huic vel illi. Propter qđ non ē mirandū: ſi eandem ꝯſiderationē vr̄ pl'ies ponere pluries: qꝛ nō ponit eā pluries: niſi reducat in plures cāſ perſuaſiuas. ¶ Iteꝝ notandū: ꝙ qꝛ rhetoris nō eſt demōſtrare h ſed ſm quēdam modū ſuꝑficialē incedere: ſufficit ꝑpoſitionē habere q̄dam apparentiā ad hoc: ꝙ cōſideratio ſit rhetorica: ⁊ benefacere extraneis vr̄ opus magis liberale q̄ bñfacere benefactoribus: cū magis teneamur iſtis q̄ illis. Cū ergo liberalius videat laudabilius: bona ē iſta ꝯſideratio rhetorica: ꝙ benefacere extraneis eſt laudabilius q̄ bñfacere nobis ⁊ ꝓpinqs ſiue bñfactoribus: dato ꝙ h non ſit veꝝ ſimpliciter. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Et cōtraria: in quibus verecūdant. Turpia enim verecundantur: ⁊ dicentes: ⁊ facientes: ⁊ facturi. Quemadmoduꝫ Sapho fecit dicēte Alceo. Uolo aliqd dicere: ſed ꝓhibet me verecundia: verecūdie bonorum deſiderabile: ⁊ ne quid diceret malū: lingua turbabatur verecūdia: qꝛ nō hꝫ oculos. Sed dicis clamādo de ꝓprio iuſto. Et de quibus agonizant nō timētes. de his. n. que ad gloriam fere bonoruꝫ hec patiuntur. Et natura magis ſtudioſorū: virtutes magis hōeſte ⁊ opa: puta viri q̄ mulieris. Et que fruitiue alijs magis q̄ ſibi. Propter quod iuſtū ⁊ iuſtitia honeſtū puniri magis ⁊ non cōmutari. Retribuere. n. iuſtum. iuſtum aūt honeſtū. Et virile etiaꝫ vinci: ⁊ victoria: ⁊ honor honeſtorum: eligibilia. n. cū ſint infructuoſa ⁊ excellentia virtutis inſinuant.

¶ Uenatur conſideratiōes ſumptas ex ꝯ̄rio boni: ſiue ex verecundia: q̄ vr̄ hr̄e aliq̄ʒ oppoſitionē ad bonū. Et ponit ſex ꝯſiderationes ſe hn̄tes ꝑ ordinē. Scđa ibi. (Et de qb' agonizant). Tertia ibi. (Et nā magis). Quarta ibi. (Et q̄ fruitiue). Quinta ibi. (Et hoſtes puniri). Sexta ibi. (Et virile nō vinci). ¶ Prima ꝯſideratio ꝯ̄ria malis: vł ꝯ̄ria eis: i qb' hoīes verecūdant ſūt magis laudabilia. Et ſubdit cām: qꝛ dicentes ⁊ facientes: ⁊ facturi turpia verecūdātur. Et ſi de turpi eſt verecūdia. ḡ de oppoſito erit laus. Et ponit exemplū de altero dicente. i. recitante ⁊ referēte qđ Sapho dicebat. Dicebat. n. Sapho. Uolo aliqd dicere: ſꝫ ꝓhibet me verecūdia. nā verecūdie ſunt de genere bonorum: ⁊ ſunt quid deſiderabile: qꝛ per verecūdiaꝫ vitamus malum: ideo ſubdit: ne diceret quid malū: trubebatur lingua ꝑpter verecūdiam. Nā homo verecūdus dr̄ non hr̄e oculos: qꝛ non poteſt eos eleuare ad malefaciendūʒ verecundia ꝯfuſus: ſed de ꝓprio iuſto: ſiue de bono non eſt verecundia: iō talia: que de ſe verecūdia carēt laudabiliora ſunt. ¶ Scđa talis. Illa ſunt laudabiliora: de qbus hoīes non timentes agonizant. Et ſubdit cām: qꝛ hoīes patiūtur hoc ſolum de his: que ſunt de numero bonoꝝ: q̄ bona ſūt ad gloriā ⁊ ad laudē: qꝛ cōiter nunq̄ hoīes manifeſte pugnant ad obtinendum aliquid: pro quo debeant verecūdari: ꝑpter quod apparet hanc conſiderationem ſequi ex prima. ¶ Tertia cōſideratio talis. Opera ⁊ virtutes magis ſtudioſoꝝ natura. i. melioꝝ naturalr ſunt magis honeſte ⁊ laudabiliores: vt puta: qꝛ viri naturaliter ſunt meliores q̄ mulieres: opera ⁊ virtutes viroꝝ ſunt meliora q̄ mulierum. Hec enim conſideratio ſequit̄ ex dictis: ꝙ minus verecundamur: eo ꝙ facimus opera meliora q̄ aliorum. ¶ Quarta talis. Res que ſūt fruitiue alijs ſūt magis laudabiles: q̄ que ſunt fruitiue ſibi: ideo iuſtū ⁊ iuſtitia ſunt magis honeſtū ⁊ magis laudabile q̄ ꝯ̄ria. qꝛ iniuſtus querit fruitiua ſibi. i. ea: de qbus ipſe habeat fructuꝫ. ideo nollet: ꝙ alius haberet fructū niſi ipſe: ſed per iuſtitiā: quāq; liber poſſideret qđ ſuuꝫ eſt: vult quis filios habere fructū de ſuis rebus: hec etiam conſideratio ſequitur ex dictis: qꝛ in talibus minor verecundia. ¶ Quinta talis. Puniri hoſtes eſt magis laudabile q̄ cōmutari: qꝛ ge oꝫ facere vindictam de inimico: ⁊ non oꝫ facere ꝙ redimatur. vñ ſubdit cām huius: ꝙ retribuere vindictam in hoſtibus eſt iuſtum. Et qꝛ iuſtum eſt honeſtum ⁊ laudabile: vt dictū eſt. ideo talia laudabiliora ſunt. ex quo apparet hanc quintaꝫ maximam ſequi ex quarta. ¶ Sexta talis. Qꝛ virile: ſiue ſe habere viriliter non permittēdo ſe vinci eſt magis laudabile: qꝛ victoria ⁊ honor ſunt de genere honeſtoꝝ ⁊ laudabilium: ⁊ ſubdit: ꝙ talia ſunt magis eligibilia: quia cuꝫ ſint infructuoſa inſinuant excellentiam virtutis: ⁊ iō maxime laudabilia. Ex quo apparet etiam hanc maximam ſequi ex dictis: qꝛ non fructifera: vt oſtenſum eſt: laudabiliora ſunt. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et memorabilia ⁊ magis que magis: ⁊ que non viuenti aſſequūtur: ⁊ honor aſſequet: ⁊ q̄ ſuperflua: ⁊ que ſoli exiſtūt magis honeſta: facile memorabiliora. n. ⁊ poſſeſſa ifructuoſa: liberaliora enim. Et que apud ſingula ſingularia honeſta: ⁊ quecūq; ſigna ſunt eoꝝ: q̄ apud ſingulos laudantur: puta in Lacedemonia comam ferre honeſte: liberi enim ſignum. Non enim eſt facile comatum facere nullum opus vile: ⁊ nullaꝫ arteꝫ mannuaſam operari: liberi enim non ad aliud viuere.

¶ Uenatur quinq; cōſiderationes ſumptas ex memoria: que conſurgit ex magnitudine bonitatis: qꝛ q̄to aliq̄ maiora ſunt: tanto magis habentur in memoriam: circa hanc partem duo facit: qꝛ primo p̄mittit conſiderationem: qꝛ memorabilia ſunt magis laudabilia: ⁊ magis memorabilia: que magis laudabilia. Secundo venatur cōſiderationes alias: que ſequuntur ex iſta. Scđa ibi. (Et que nō viuenti). Conſiderationes autem he ſunt ſex: ideo ſex facit. Scđa pars ibi. (Et que ſuperflua). Tertia ibi. (Et que ſoli.) Quarta ibi. (Et poſſeſſa). Quinta ibi. (Que apud.) Sexta ibi. (Et quecunq; ſigna). ¶ Prima conſideratio talis. Bona que ſequuntur non viuenti: ſiue bonū maius: vt habet alia littera: qꝛ non viuenti aſſequitur maius bonum huius

num bđius.ſcʒ maius bonũ eſt magis laudabile:q2 ſi maius bonũ ẽ ⁊ honor aſſequit̃ ſupple maior. ¶ Scđa talis. Et quę ſunt ſuperflua: vtputa bona pręter neceſſitatẽ vitę ſunt magis laudabilia. ¶ Tertia talis. Quę ſoli exiſtunt ſunt magis honeſta:q2 magis faciunt ad ſtatuʒ honoris. vnde ſunt magis laudabilia. Et ſubdit cauſam dictoruʒ: q2 talia ſunt facile memorabilia alijs:q2 de facili plus habent̃ in memoria q̃ alia. Ex quo vult habere:ꝙ ↄſiderationes iſtę:quę magis ſũt in memoria:laudabiliores ſũt. ¶ Quarta talis. Qꝫ poſſeſſa ⁊ fructuoſa ſunt magis laudabilia. ⁊ ſubdit cãm:q2 talia liberaliora ſunt. Naʒ vt ſupra habitũ fuit:vtilia ſunt fructifera:infructuoſa aũt ſiue nõ fruibilia ſunt liberalia. Poſſet hęc conſideratio reduci in cõſiderationẽ de memoria:q2 bona liberaliora ſunt magis admiratiõe digna:⁊ ita memorabiliora. ¶ Quinta cõſideratio eſt. Qꝫ apud ſingulos ſunt ſingularia honeſta:ſiue ſingularia bona.i.magis verecunda ſunt magis memorabilia. ¶ Ultima cõſideratio talis eſt. Quęcũqꝫ ſunt ſigna eorũ:quę apud ſingulos laudantur:ſunt magis laudabiliora q̃ magis venerãda:⁊ magis digna memoria. Et põit exẽplũ dicẽs:puta in Lacedęmonia comã ferre honeſte:eſt laudabile multũ:erat enĩ apud illos comaʒ honeſte ferre ſignũ rei laudabilis:vt ſignuʒ libertatis.iõ addit ꝙ nõ eſt facile comatũ facere aliqđ opus vile:ſiue aliquod opus mercenariũ:vt habẽt alij:nec ẽ facile huiꝰ comatũ operari villã artẽ mannualem:hoc eſt arteʒ mercenariã:quia liberi nõ eſt viuere ad aliũ. Ideo artes viles talibus non competunt.

Sumendum ⁊ propinqua exiſtentibus tanq̃ hec exiſtentia ad laudem ⁊ vituperium:puta pudicuʒ: ⁊ qui bone frigiditatis timidum: ⁊ inſidiatorem: ⁊ miſerum dulcem autẽ: qui dolenda non ſentit:manſuetuʒ: Et vnũqđqꝫ aũt ex aſſequẽtibus ſemꝑ ſꝫ optimum:puta iracundum ⁊ inanimatũ ſimplicẽ: ⁊ elatum magis docentem: ⁊ reuerendum.

¶ Poſtq̃ phꝰ dedit artem de maiori ⁊ minori:qđ eſt vnũ annexũ laudi:⁊ docuit nos cognoſcere magis laudabile. Hic vult dare artẽ de poſi ⁊ ipoſi:⁊ vult nos docere poſſibilitatẽ ad laudandũ. ¶ Propter ꝙ notandũ:ꝙ ſicut poſſibilitas reſpectu deliberatiui negotij accipiebat̃ ex ipſis ciuilitatibus:⁊ moribus:⁊ legibus ciuiũ:q2 per hoc habemꝰ viam ad bene perſuadẽdũ in conſilijs:⁊ hmõi perſuaſio reddebat̃ nobis facilis ⁊ poſſibilis:ſic poſſibilitas reſpectu laudis ſumit̃ ex conditionibus eoꝝ: quę ſunt in hoĩe laudãdo:vt ſciamus reducere ad laudãduʒ:quę non ſunt ſimplr̃ laudabilia:q2 ex hoc habebimus viaʒ ⁊ facilitatẽ ad laudãdũ:⁊ laudatio erit nobis magis poſſibilis: ⁊ quę pręedicabimus de hoĩe:quẽ laudare volumus:poſſibiliora videbunt̃. In hoc aũt caplo duo facit:q2 pmo dat poſſibilitatẽ ⁊ facilitatẽ ad laudes. Scđo ad augendum laudes. Scđa ibi.(Petende aũt ex multis.) ¶ Circa pmuʒ duo facit:q2 pmo dat poſitatẽ ⁊ facilitatẽ ad laudãduʒ ex his quę ſunt ꝓpinqua laudabilibus. Scđo facit hoc ex ipſis opibus:quibus debet̃ laus. Scđa ibi.(Qm̃ aũt ex actionibus laus.) ¶ Circa pmũ duo facit:q2 pmo pmittit intẽtionẽ ſuã. Scđo exequit̃ de intento. Scđa ibi.(Puta pudicus.) ¶ Dicit ergo:ꝙ ſi volumus hr̃e facilitatẽ ⁊ poſſibilitatẽ ad laudãdũ ⁊ vituperãdũ:ſumenda eſt ꝓpinqua exiſtentibus.i.debemus ſumere ꝓpinqua his:quę exiſtũt laudabilia ⁊ vituperabilia tanq̃ eſſent ad laudẽ ⁊ vituperiũ. ¶ Deinde cũ dicit.(Puta pudicũ.) Exequit̃:⁊ duo facit:q2 pmo exequit̃ de his:quę ſunt ꝓpinqua ſm ſe. Secundo exequit̃ de ꝓpinquis laudabilibꝰ per cõparationẽ ad diuerſas regiones:⁊ diuerſa gn̄a hoĩuʒ:⁊ diuerſas ciuitates. Scđa ibi.(Intendere aũt opꝫ.) ¶ Circa pmũ tria facit:q2 ꝓpinqua laudabilibꝰ:nõ tñ ſimplr̃ laudabilia:tripliciter pñt diſtingui:q2 vel ſũt ſicut ꝓpinqua:q2 deficiũt a laudabilibus:vel q2 aliquo mõ aſſequunt̃ ea:vl q2 iporτant ſuperexceſſum reſpectu ipſorũ:ideo tria facit:q2 primo determinat de deficiẽtibus. ſcđo de aſſecutiuis. tertio de excedẽtibus. Scđa ibi.(Et vnũqđqꝫ aũt.) Tertia ibi.(Et eos qui exceſſibus.) Cõtinet̃ ſic pma ps. Bene dicis ꝙ ſumenda ſunt ꝓpinqua laudabilibus tanq̃ laudabilia vtputa hominẽ bone frigiditatis ⁊ timidũ:q2 talis nõ de leui eſt intẽperatus:licꝫ hoc nõ agat ex electione:ſed magis ex cõplexione:q2 timidus:vel q2 timet male facere:debet tamẽ ipſuʒ laudare:tanq̃ pudicũ:⁊ caſtũ. Et inſidiatorẽ:q2 nõ palã iniuriatur alteri:⁊ miſerũ qui timet iniuriari debemus appellare dulcẽ:inſenſibileʒ aũt qui dolenda nõ ſentit:appellabimus manſuetũ:⁊ vlr̃ oẽm deficienteʒ a virtuoſo:ſi non valde ſenſibiliter deficiat tanq̃ virtuoſum laudare debemus. valde eniʒ eſſet difficile laudare ſolũ vere virtuoſos. ¶ Deinde cum dicit.(Unũquodqꝫ autẽ.) Oſtendit hoc idẽ de aſſequẽtibus. ſemꝑ debemus laudare ſm optimũ:nã q2 ſimplicitatẽ videt̃ aſſequi ira:q2 hoĩes ſimplr̃ neſciant celare irã ſuã:⁊ etiã aſſequit̃ ſimplices quadã modus fatuitatis:q2 tales quãdã fatuitateʒ inſinuãt:eo ꝙ nõ per cautelas incedunt:⁊ inania cũ debemus vocare ſimplicẽ:elatũ aũt ſuperbum vocemus: magis decẽtũ.i.magnanimũ:⁊ ẽt reuerẽdũ. ¶ Deĩde cũ dic̃.

¶ Et eos qui exceſſibus tanq̃ in virtutibus exiſtentes:puta audacẽ fortẽ: ⁊ prodigũ liberalẽ etenĩ videt̃ multis ſimulqꝫ paralogizatiuũ:ex cauſa. Si enim vbi non neceſſe periclitatiuus multo magis vtiqꝫ videbit̃ tibi honeſtuʒ: ⁊ ſi largitiuus quibuſcũqꝫ ⁊ amicis:exceſſus eniʒ virtutis omnes beneficiare.

¶ Oſtendit hoc idẽ de excedẽtibꝰ dicẽs:ꝙ eos qui ſunt in exceſſibus debemus laudare tanq̃ exiſtẽtes in veritatibus:puta audacẽ debemus fortẽ dicere:⁊ ꝓdigũ liberalẽ. Et ſubdit rõnẽ:q2 hoc videt̃ multis:ꝙ exiſtẽtes ſic in extremo ſunt in medio. Et dat cãm quare videat̃ eis:cũ ſubdit ſimul paralogizatiuũ etiã eſt ex cauſa:q2 ſimul cũ hoc ꝙ videtur multis:ratio eſt cã:quare illi paralogiçant̃:⁊ videantur hoc eis:q2 ſi aliqs vbi nõ eſt:neceſſe ẽ periclitatiuꝰ: ⁊ expectet opera fortitudinis:multo magis hoc videbitur facere:ſi ibi videbit eſſe honeſtũ:⁊ expediens talia fieri:⁊ qui eſt elargitiuus:quibuſcũ ꝙ indifferẽter:multo magis bene faciet amicis:⁊ his quibus debꝫ:nã oẽs bñficiare nũ cupiunt exceſſum virtutis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Intendere aũt opꝫ ⁊ apud quos laus: ſicut enim Socrates dixit non difficile Athenienſes laudare:opꝫ aũt ꝙ apud ſingulos honorabile tanq̃ exiſtens dicere: puta apud Scitas:aut apud Lacedemones:aut philoſophos.

¶ Oſtendit ſumere ꝓpinqua laudabilibus tanq̃ laudabilia ꝑ cõparationẽ ad diuerſas ciuilitates:⁊ ad diuerſa genera hoĩum ꝓꝑ qđ duo facit:q2 pmo facit hoc reſpectu diuerſarũ ciuitatũ. Scđo ꝑ cõparationẽ ad diuerſa gn̄a hominũ.ibi.(Et quęcũqꝫ.) ¶ Circa pmũ duo facit:q2 primo facit qđ dictũ eſt. Scđo ex hoc cõcludit oẽ honorabile co

mendare quaſi honeſtũ ⁊ laudabile ſm ſe. Scḋa ibi. (Et totaliter honorabile.) ❡ Propter pmũ notãdũ: ꝙ mlta non ſunt laudabilia ſimplr: quę ſunt ꝓpinqua laudabilibus: qꝛ ſunt laudabilia apud aliquas gentes. nã nunq̃ʒ fama oĩno perditur: adeo aĩt intendere aut opʒ apud quos laus. Sicut eñ Socrates dicit: ꝙ nõ eſt difficile Athenienſes laudare inter Athenienſes: ſiquis ergo Athenis vellet laudare Athenienſes: qꝛ iter eos nõ erat difficile: neqʒ magnũ ꝙ Athenienſes Athenięſibus cõparati laudarentur: debent eos cõparare alijs ciuilitatibus: ⁊ vlr: qḋ eſt honorabile apud ſingulos: opʒ nos dicere: ⁊ pficere tanq̃ʒ exñs vere honorabile: puta apud Scitas: aut apud Lacedęmones: aut apud phõs: qꝛ apud diuerſos diuerſa ſũt laudabilia. ❡ Deinde cum dicit.

❡ Et totaliter aũt honorabile iferre inhoneſtũ quoniam videtur vicinum eſſe.

❡ Concludit ꝙ vniuerſalr honorabile ⁊ laudabile apud diuerſos debemus inferre in honeſtũ: vel ad honeſtũ. nã debemus de eo loqui: ac ſi eſſet honeſtũ: non quia tale vr̃ eſſe vicinum honeſto. ❡ Deinde cum dicit.

¶ Ponit conſiderationes ex parte beneficentię ⁊ beniuolentię: quas poſuerat magis confuſe: ponit magis particulariter ⁊ magis diſtincte. Et duo facit: quia primo ponit huiuſmodi conſiderationes ex parte beniuolentię. Secūdo ex parte benefactionis. Secunda ibi. (Adhuc autem beneficos.) Beniuolentia quę inter aliquos eſſe ponitur: vel quia ſunt eidem amici: vel eidem inimici: ideo duo facit: quia primo particulariter ponit modos: ſm quos plures amicantur eiſdem. Secundo prout inimicātur eiſdē. Secunda ibi. (Ex eiſdem inimicos). Dicit ergo ꝙ homines diligunt eos: quos putant velle benefacere eis: vł amicis ſuis: ⁊ diligunt amicos amicoruʒ: ⁊ amantes eos: quos ipſi diligūt: ⁊ dilectos a dilectis ſibi. Ex qbus verbis vult habere: ꝙ amici vel dilectores eorundem ſunt amici ⁊ dilectores inter ſe: ꝓpter quod oīa iſta hic diſtincte ⁊ ſeriatī poſita ɔgregant in illa conſideratiōe ſupius dcā: ꝙ amici eiuſdem ſunt amici inter ſe. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Ex eiſdem inimicos. Et odientes quos ipſi odiunt: ⁊ eos qui habentur odio ab his: q odiuntur a ſe. Omnibus enim his eadeʒ bona videntur eē ⁊ ſibi ipſis. Quare velle que ipſis bona: qđ quidem erat amici.

¶ Ponit ꝯſiderationes ex pte inimicitię dicēs: ꝙ hoīes diligunt inimicos eiſdem: qbus inimicant̄: ⁊ ēt diligūt odiētes illos: quos ipſi odiunt: ⁊ eos q hn̄t odio ab eis: q odiuntur a ſe. Et eſt rō: qꝛ oībus his vident̄ eadē eſſe bona: ⁊ ſibi ipſis. Nā ſi duo odiunt aliquē: qd̄ eſt bonū vni: vr̄ eſſe bonū alteri. opꝫ ḡ hoīes velle bona ipſis odientibus: qd̄ ipſi odiunt: quod erat eſſe amici: ideo tales amici ſunt. Apparet autē: ꝙ omnia hęc dicta particulariter congregantur in illa cōſideratione: ꝙ inimici eiuſdem inter ſe amicantur. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Adhuc beneficos in pecunias ⁊ ſalutem: ꝓpter qd̄ liberales: ⁊ fortes honorant.

¶ Oñdit qn̄o benefactores diliguntur. Et qꝛ ipm̄ effugere malum eſt quoddā bonum: ideo duo facit: qꝛ primo facit nos diligere eos: qui verbis benefaciunt. Scd̄o ex h̄ oſtēdit nos diligere ipſos iuſtos. Nā iuſtus eſt ille: q alios nō damnificat: ꝙ ſ꜡ reputationē eſt aliquo modo bn̄facere. Scd̄a ibi. (Et iuſtos tales). Dicit ḡ ꝙ hoīes diligunt bn̄ficos i pecunias ⁊ in ſalutē: ꝓꝑ qd̄ hoīes honorāt ⁊ diligūt liberales: qꝛ ſunt bn̄fici q̄tum ad pecunias: ⁊ honorāt ⁊ diligunt fortes: q ſunt bn̄fici q̄tū ad ſalutē corporalē: qꝛ per fortes liberantur a periculis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et iuſtos tales aūt putant non ab alijs viuētes: tales autem qui ab operando: ⁊ horuꝫ qui ab agricultura: ⁊ aliorum qui ipſam operantur maxime.

¶ Oſtendit ipſos iuſtos eē diligibiles. Et quatuor facit ſ꜡m ꝙ quatuor conſiderationes ponit ſe hn̄tes per ordinem. Scd̄a ibi. (Et tēꝑatos). Tertia ibi. (Et eos). Quarta ibi. (Et qb⁹ volumus). ¶ Prima ꝯſideratio talis: ꝙ nos diligimus iuſtos: ⁊ exponit q ſunt hꝫ iuſti: qꝛ hoīes eſſe putāt tales iuſtos: q non ſunt viuentes ab alijs. i. qui non viuunt de rapina dānificando alios. Tales aūt ſunt: q viuūt ab opando: ⁊ potiſſime illi: qui viuūt de agricultura: qꝛ tales non vr̄ damnificare alios: ⁊ inter alios maxime diligimus ſ꜡m iſtū modū dilectionis eos: qui ipſimet operantur: qꝛ tales minime vr̄ dānificare. Seqt̄ur aūt vt plane pꝫ iſta ꝯſideratio ex p̄cedenti ꝯſideratiōe: qꝛ ſi diligimus bn̄ficos: diligim⁹ iuſtos in q̄m̄ nos n̄ dānificāt. ¶ Deide.

¶ Et temperatos: quia non iniuſti.

¶ Ponit ſcd̄aꝫ ꝯſiderationē: ꝙ nos diligimus temperatos qꝛ tales non videntur iniuſti. vnde iſta conſideratio ſequitur ex cōſideratione imediate p̄cedenti. ¶ Deide. c. d.

¶ Et eos qui ſine negocijs propter idem.

¶ Ponit tertiā conſiderationē: ꝙ nos diligimus eos: q ſūt ſine negocijs. i. qui nō intromittunt ſe de factis noſtris iniuriando nobis: vnde alia lr̄a hꝫ loco huius ſine negocijs nemini iniuriatores. Et hoc ꝓꝑ idem. i. propter eandem cām: vt qꝛ tales nō vr̄ iniuſti. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et quibus volumus amici eſſe ſi videantur volentes. Sunt aūt tales boni ſ꜡m virtutem ⁊ bene probati: aut in omnibus: aut in optimis: aut in his: quę admirantur ab eis ipſis: aut in q bus admirantur ipſos.

¶ Ponit quartam ꝯſiderationē: ꝙ nos diligimus eos: qb⁹ volumus eſſe amici: ſi videantur volētes amicitiā nr̄am. Et exponit ſe: ꝙ tales ſunt boni ſ꜡ veritatē vł ꝓbati aut moribus: aut in optimis: hoc eſt in his: quę admirantur ab ipſis: vel in his: in quibus alij admirant̄ ipſos. nā talia ſunt optima ⁊ excellentia. Nā ſ꜡m optima: vt ſ꜡m virtutes admiramur alios: ⁊ alij admirant̄ nos: ex quo vult hr̄e: ꝙ vr̄ virtuoſi ſunt diligibiles. Seqt̄ur aūt hęc cōſideratio aliquo mō ex p̄miſſis. naꝫ ſi iuſti ſunt diligibiles ſunt vr̄ v̄tuoſi: qꝛ in iuſtitia ꝯtinetur quodāmodo oīs virtus.

¶ Adhuc delectabiles ſimul cōuerſari: ⁊ ꝑ diē ſimul cōmorari. Tales aūt tractabiles ⁊ nō arguitiui peccatoꝝ: ⁊ non litigioſi: neqꝫ criminoſi. Omnes. n. tales pugnātes: pugnātes autē ꝯtraria vr̄ velle.

¶ In parte iſta venatur ph̄s conſiderationes ad cognoſcēdū: qbus volumus eſſe amici ex pte ipſius complacentię ſiue delectatiōis. Et duo facit: qꝛ primo dicit: ꝙ volumus eſſe amici his: cū qbus delectamur: ⁊ enumerat ſuccincte qui ſunt tales. Scd̄o ſerioſe exequit̄ de eis. Scd̄a ibi. (Et idonei). Dicit ḡ primo: ꝙ adhuc p̄ter ea: quę dicta ſunt nos diligim⁹ delectabiles ſimul ꝯuerſari: ⁊ ꝑ diē ſimul cōmorari. i. diligimus eos: qui ſunt delectabiles ad ꝯuerſandū ⁊ cōmorandū cū eis ꝑ diē: ſiue ꝑ tp̄s: ⁊ exponit ſe: quia tales ſunt hoīes tractabiles: q nō ſunt arguitiui peccatoꝝ nō ſunt litigioſi: non ſunt criminoſi. i. ſeditioſi ⁊ ꝓditores: vt ſonat alia littera. Et ſubdit cām: qꝛ omnes tales videntur pugnantes: pugnantes autem videntur velle cōtraria: ideo non ſunt amicabiles. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Et idonei deridere ⁊ ſufferre: ad eādem enī ſtudent ambo e vicino potentes rideri: ⁊ ſuauiter irridentes.

¶ Exequitur ſerioſe de amicabilibus ꝓꝑ amicabilem conuerſatonē. Ponit aūt octo ꝯſiderationes circa hęc: q̄ vbi incipiunt patebit in ſententiādo. ¶ Prima ꝯſideratio talis: ꝙ delectabiles ſunt idonei deridere: vt illi: qui ꝯmode ⁊ placabiliter ſciunt ludere: ⁊ etiaꝫ idonei ſufferre illi: qui modo debito ſciunt portare ludum. Et eſt rō: qꝛ ambo tales. ſ. ſcientes ludere ⁊ ſupportare ludos: ſiue potētes irrideri: ⁊ ſuauiter irridētes: ꝙ ex vicino. i. ex ꝓpinquo ſtudēt ad eandē: vt ad delectabiliṯ ꝯuiuēdū. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Et boꝝ maxime: quę timent non in eſſe.

¶ Ponit ſcd̄am ꝯſiderationē: ꝙ hoīes diligunt laudantes bona inexiſtentia. i. quę exiſtunt in eis: ⁊ maxime ſi illa bona ſint de numero illorum bonorum: quę timent ſibi non ineſſe: qꝛ propter talem laudem accipiunt fiduciaꝫ: ꝙ habeant dicta pro bona. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et mundos circa viſum: circa veſtitum: circa totam vitam.

¶ Ponit tertiā ꝯſiderationē: ꝙ hoīes diligūt mūdos circa viſū: vel forte eſt littera corrupta: ⁊ oꝫ dicere circa victuꝫ: ⁊ circa totā vitā. Nā qui circa victū ſunt imundi: vel etiā q volunt videre turpia: vel aliquo alio modo non ſunt delectabiles. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et non exprobatores: neqꝫ peccatorū: neqꝫ beneficiorum: vtriqꝫ enim arguitiui.

¶ Ponit quartā conſiderationē: ꝙ hoīes diligunt non exprobatores peccatoꝝ: neqꝫ beneficioꝝ. Et eſt rō: qꝛ vterqꝫ. i. exprobator vel improperator tam peccatoꝝ q̄ beneficioꝝ arguitur: ſiue deprehenditur: vnde non eſt delectabilis ad conuiuendum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et nō meditatores maloꝝ: neqꝫ ſeruatiuos impoſitionū: ſꝫ facere placabiles. Quales. n. vtiqꝫ extimauerint eē ad alios: ad ipſos putant.

¶ Ponit quintam: ꝙ homines diligunt nō memoratiuos impoſitionum: vt eos qui obſeruant in corde mala eis impoſita.

poſita:ſed diligunt facile placabiles:⁊ eſt ratio. Et quādo ſumpſerunt experimentum de aliquibus:ꝙ ſint placabiles ad alios:diligunt eos:⁊ quales extimauerunt eos eſſe ad alios:tales eos putant eſſe ad ſeipſos. ¶ Deīde cū diꝫ

¶ Et non in aliquo:quos neqꝫ ſcietes :neqꝫ ꝓximoꝝ mala:neqꝫ ſua bona:bon⁹.n. hoc agit.

¶ Ponit ſextam cōſideratione:ꝙ hoīes diligunt nō maliloquos.ideſt nō male loquētes:⁊ nō loquētes mala.ideſt non ſcrutantes mala. vnde alia lr̄a habꝫ:neqꝫ inueſtigatores malitię. Nā ſi hoīes volūt ab alqs diligi:nec debēt dicere mala ꝓxioꝝ:nec ſua:nā q dicit mala ſua eſt arg⁹ ꝙ dei facli dicat mala alioꝝ: ſed ſemꝑ dꝫ dicere bona:nō ꝑ modū iactantię:ſed vt alios trahat ad bonū.i.ad dilectionē ſui.nam bonus hoc agit. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et n̄ ꝯtendētes iratis:neqꝫ ſtudentibus:pugnantes enim qui tales.

¶ Ponit ſeptimā cōſiderationē:ꝙ hoīes diligunt non cōtra tendentes.ideſt nō cōtradicētes iratis:neqꝫ contradicunt ſtudentibus.ideſt ſtudioſis erga aliquid.nā delectabile eſt cōuerſare cū eis:qui ſciunt ſupportare iratos:⁊ nō contradicūt hominibus in rebus illis:erga quas habēt curā ⁊ ſtudiū.⁊ eſt ratio:quia qui ſunt tales:videnť pugnantes:ꝓpꝫ qđ nō eſt delectabile eis cōuiuere. ¶ Deide cū.d.

¶ Et qui ad ipſos ſimiliter habent velut admirantes ipſos : ⁊ ſtudioſos exiſtimantes: ⁊ gaudentes ipſis: ⁊ hoc maxime paſſos : circa que maxime ipſi volunt : aut in admiratione eſſe: aut ſtudioſi videri eſſe:aut delectabiles.

¶ Ponit octauā cōſiderationē:ꝙ hoīes diligunt eos:qui ſimilr̄.i.qui iſto modo ſe habēt ad ipſos:ꝙ ſunt velut admirantes ipſos:⁊ ēt non diligunt exiſtimantes ſtudioſos. ideſt eos qui habēt curam de eis:⁊ ſtudent circa eos:⁊ diligunt gaudentes ipſis:⁊ maxime paſſos.ideſt gaudētes circa ea:quę ipſi volunt:aut eſſe in admiratione:aut volunt videri eſſe ſtudioſi circa illa:aut volunt videri delectabiles:⁊ qꝛ delectanť in illis:qui enī in talibus cōgaudent:homines diliguntur ab illis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et ſimiles ⁊ eadē exercentes:ſi nō moleſtēt neqꝫ ab eodē ſit vita:fit enī ita figulus figulo.

¶ Ponit cōſiderationes ad cognoſcendū.quibus homīes amicanť rōne ſimilitudinis. Et duo facit:qꝛ primo ponit huiꝰ cōſiderationes. Scđo talibus conſiderationibus annectit ꝯſiderationes als. Scđa ibi.(Et ad quos ira.)Circa primū duo facit ſm ꝙ duplicē ſimilitudinē aſſignat:ſꝫ quā hoīes cōſueuerunt diligere. Prima enī ſimilitudo ſumitur ex parte actiōis exterioris. Scđa vero ex parte deſiderij interioris. Scđa pars ibi.(Et eadē deſiderantes.) Dicit ergo ꝙ hoīes diligunt ſuos ſimiles exercētes eadē quę ipſi exercent:ita tamē ꝙ huiꝰ exercentes non moleſtant eos:neqꝫ ab eodē lucro ſit vita ipſorū:fit enī ita cū figulus comparatur ad figulū. Nā vn⁹ moleſtat aliū accipiendo lucrū eius:⁊ nō ſe diligunt. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et eadē deſiderantes. que ꝯtingit ſimul participare ipſos. Si aūt nō idē ſit accidendum.

¶ Ponit ſcđam conſiderationē:ꝙ hoīes diligunt deſiderantes eadem:quę ipſi deſiderant:ſi illa eadē contingunt ipſos participare ſimul:ita ꝙ vnus non moleſtet aliū:qꝛ ſi ea non ſic participat:accidit ſic idē ſicut accidebat ꝑus ꝙ figulus non diligebat figulum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et ad ita ſe habent:vt non verecundētur ea: que ſunt ad gloriam non deſpicientes.

¶ Annectit iſtis conſiderationibus als ꝯſiderationes. Et duo facit:qꝛ ꝑmo annectit cōſiderationibus dictis cōſiderationes ſumptas ex cōuerſatione in vita. Scđo annectit conſiderationes ſumptas ex rōne amoris. Scđa ibi.(Et his qui ſimilr̄ ſenectiādo apparebit.) ¶ Prima cōſideratio talis:ꝙ hoīes diligunt eos:qui nō verecundanť dicere ea quę ſunt ad gloriā eoꝝ:⁊ non ſunt deſpicientes talia:ſꝫ approbantes. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et ad quos nō verecūdanť ea:q̄ ad ꝟitatem.

¶ Ponit ſcđam cōſiderationē:ꝙ hoīes diligunt ad quos verecundanť ea:quę ad veritatē conſocios turpiū ⁊ verēdorū ſuoꝝ:quia ſi talia non manifeſtaſſet eis nō eſſet idē ꝙ ipſi. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et ad quos in amore honoris ſunt.

¶ Ponit tertiā conſiderationē:ꝙ homines diligunt eos: ad quos ſunt in amore honoris.ideſt a quibus amant honorari. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et a quibus celari volunt: ⁊ non inuidiā pati. Hos amant:aut volunt amici eſſe.

¶ Ponit quartā ꝯſiderationē:ꝙ ille qui vellet celare bōa ſua alteri:ne ille ad inuidiā motus indignareť contra ipſꝫ: ſignū eſſet:ꝙ eius amicitiā multū ꝯſideraret.ideo ſubdit ꝙ hos a quibus hoīes celari volunt:aut amant:aut volūt amici eſſe eis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et cum quibus vtiqꝫ bona ſimul egerunt : ſi non debeant ipſis fore mala maiora.

¶ Ponit ꝯſiderationē ꝗntā:ꝙ hoīes diligunt eos:cū q̄bus egerunt bona ſimul:⁊ non debeant fore ipſis maiora mala:qꝛ aliqui ꝓpter malū:qđ incurrūt aliqui occaſione aliorū:habent eos odio:etiā ſi multa bona ⁊ multas conſolationes habuerunt cum illis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et his qui ſimiliter: ⁊ abſentes: ⁊ preſentes diligūt:ꝓpter quod: ⁊ eos qui circa mortuos ſunt:tales omnes diligunt. Et totaliter eos: q valde amatores amicorum: ⁊ non delinquentes:maxime enim amāt bonoꝝ amare bonos.

¶ Ponit conſiderationes ſumptas ex rōne amoris diligimus autē hoīes.ꝑmo ſi excellenter diligunt.ſcđo ſi nō ficte diligunt.tertio ſi ſocialr̄ conuerſanť:⁊ nollet a nobis timeri.ideo circa hoc ponit tres conſiderationes. Secūda ibi.(Et non fictos.) Tertia ibi.(Inter vero timidos.) ¶ Prima cōſideratio talis:ꝙ hoīes volūt eſſe amici his qui ſimiliter diligunt abſentes ⁊ ꝑſentes:ꝓpter qđ hoīes diligunt omnes:qui ſunt tales circa mortuos. Videntur enī tales valde diligere: ⁊ diligere amicos ꝓpter ſeipſos: ſi poſtq̄ mortui ſunt non deſinunt eos diligere:cum ſciat eos non amplius ſibi ſm vitam politicam profuturos.iō ſubdit:ꝙ totaliter.ideſt vniuerſalr̄ hoīes diligunt eos:qui ſunt valde amatores amicoꝝ:⁊ non ſunt derelinquentes amicos ſuos:⁊ quia tales maxime amant:qđ eſt bona cōditio:ideo boni moris eſt eos amare : quia bonorum eſt amare bonos. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et non fictos ad ſeipſos. Tales autē ⁊ qui mala ſua dicunt. Dictum enim ꝙ amicos que ad gloriam non verecundamur. Si igitur qui verecundantur non amant:qui non verecundantur amanti aſſimilantur.

¶ Ponit ſcđam cōſiderationē:ꝙ homines diligūt hoīes non fictos ad ſeipſos.nam qui eſt fictus ſibi:ſignū eſt:ꝙ eſt fictus alteri:tales autē qui ſunt ad ſeipſos ficti:amici ſunt illis:qui dicunt mala ſua:dictū eſt enim amicos eſſe

qui non verecũdant̃ ea:quę ad gloriã. Cum ergo talis: q̃ de ſe malũ dicit:gloriã nõ diligat ſibipſi:non eſt amicus. Si ergo qui verecundat̃:quę ſunt ad gloriã: non dicẽdo ea:ſed cõtraria:ſi talis non amat per locũ ab oppoſitis.q̃ non verecundat̃ aſſimilat̃ amanti:ideo qui verecundatur dicere mala ſua:⁊ ad ſeipſum non eſt fictus: videtur eſſe amatiuus: ꝓpter qđ diligitur ab alijs. ¶ Deinde cũ dic̃.

¶ Item nõ timidos: ⁊ ad quos audemus: nullus enim quem timet: amat. Species autem amicitie ſodalitas: ⁊ domeſticitas: ⁊ cognatio: ⁊ quecunq; talia.

¶ Põit tertiã ꝯſiderationẽ:q̃ nos diligimus nõ timidos: ⁊ eos:ad quos audemus.ideſt eos diligimus:cum quibus habemus ſecuritatẽ ⁊ audaciã:⁊ eſt rõ:quia nullus amat quem timet.nam cum ſodalitas domeſticitas:⁊ cognatio ⁊ quęcunq; talia ſint ſpẽs amicitię.ideſt ſint cauſe:in qb⁹ ſpeciali mõ amicitia reſeruat̃:tamen ad timendos ſ; q̃ huiꝰ talia eſſe nõ pñt:nõ erit ad eos amicitia. ¶ Dei.⁊c̃.

¶ Factiua autem amicitie gratia ⁊ non requiſitus facere: ⁊ cum fecerit: vt non manifeſtare. Sic eñi ipſius gr̃a videt̃: ⁊ nõ ꝓpter alterum.

¶ Poſtq̃ oſtendit quibus ſumus amici:oſtẽdit ꝓpter qđ habet eſſe amicitia: ⁊ quid eſt factiuũ amicitię. Et tria tãgit.nam factiua amicitię eſt gratia: vt q̃ homo ſit gratioſus alteri: ⁊ etiam non requiſitus facere.nam gratia quęſita eſt quaſi tertiũ:qđ maxime eſt factiuũ amicitię:⁊ cum fecerit non manifeſtare.ideſt non ꝓpalare:q: ſic faciẽdo videtur feciſſe ipſius gratia:⁊ non propter alterum.

DE inimicitia autẽ ⁊ odire: manifeſtum: qualiter ex contrarijs oportet conſiderare.

¶ Poſtq̃ determinauit phs de amore vel de amicitia:hic determinat de odio:vel de inimicitia. Et duo facit:q: primo facit qđ dictum eſt. Scđo quę dixerat de amore ⁊ odio reducit ad artem rhetoricã. Scđa pars ibi.(Manifeſtum igitur ex his.) Circa primũ duo facit:q: primo remittẽs nos ad ea quę dixerat de amore:oſtendit quos odimus. Scđo oſtendit:q̃ ſunt factiua odij:⁊ inimicitię. Scđa ibi.(Factiua aũt inimicitię.) Dicit ergo primo:q̃ de inimicitia:⁊ de odire. vt ſit manifeſtũ:qualiter ſit dicẽdũ:ſiue vt ſciamus:quos odimus:⁊ quibus inimicamur:opꝫ conſiderare ex contrarijs amoris. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Factiua aũt inimicitie ira: epyreaſm⁹: criminatio.

¶ Oſtendit quę ſunt factiua inimicitię. Et duo facit:quia primo oſtendit:q̃ ira ⁊ cauſe irę habeãt inimicitiã efficere. Scđo vt melius cognoſcamus:quid eſt ira:⁊ quid inimicitia:dat differẽtiã inter eã. Scđa ibi.(Ira quidẽ igitur.) Dicit ergo q̃ ira eſt factiua inimicitię:⁊ q: quicq̃d eſt cauſa cauſę:eſt cauſa cauſati:epyreaſm⁹ ⁊ criminatio:ſiue cõtumeliatio ſunt etiã cauſa inimicitię:quia ſunt cauſa irę.

¶ Notandũ aũt:q̃ non eſt eſſentialis ordo irę ad odiũ: q̃ per ſe ſit odium cauſari ex ipſa. Odimus enim aliquẽ circa quem nondũ irati fuimus. Nã vñr quis odit furẽ: dato q̃ nunq̃ fuerit iratus contra furem. Accidit ergo:q̃ ira pręcedat odium. Nam per ſe loquẽdo odiũ eſt prior paſſio q̃ ſit ira:vt ſuperius dicebat̃. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Ira quidem igitur eſt ex ipſis: que ad ſeipſ;. Si enim putemus eſſe talem odimus.

¶ Dat differentiam inter iram ⁊ odium:ſunt autem huiꝰ differentię octo. Scđa differẽtia ibi.(Et ira quidẽ.) Tertia ibi.(Et hoc aũt.) Quarta ibi.(Et hoc quidẽ cõtriſtare.) Quinta ibi.(Sentiri eñ.) Sexta ibi.(Et hoc q̃dẽ cũ triſtitia.) Septima ibi.(Et hic q̃dẽ multa.) Octaua ibi.(Hęc quidẽ enim.) Ut autẽ intelligamus iſtas drĩas

¶ Notandũ:q̃ tam odiens q̃ iratus vult malũ alteri:aliter tamẽ ⁊ aliter:quia iratus vult malũ alteri non per ſe:ſed inquantũ habet ordinẽ ad vindictã:odiens aũt ſm ſe diligit malum eius:qđ odit. Dicamus ergo:q̃ pria differẽtia eſt inter iram ⁊ odiũ:q: ira eſt ex his:quę ſunt ad ſeipſum nunq̃ enim aliquis iraſcatur alicui:niſi videat̃ ei:q̃ offenderit ipſum:vel in ſe:vel in his:quę pertinent ad eum. Inimicitia aũt ſiue odium eſt ſine his:quę pertinent ad ſeipſum:ſi enim nunq̃ aliquis nos offenderit.ſi putemus ipſũ eſſe talem: vt eſſe iniquũ:vel furem:odimus eũ. Hęc aũt drĩa ſumitur ex differentia quã tetigimus. Nã quia ira ꝑ ſe reſpicit vĩdictã:⁊ nõ odiũ:ira ꝓſupponit offenſã factã ſibi:non autem odium. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Et ira quidem ſemper circa ſingularia: puta Caliam aut Socratem: odium autem ⁊ ad genera: furẽ enim odit ⁊ calũniatorẽ vnuſquiſq;.

¶ Ponit ſcđam differentiã:qđ eſt ira ſemꝑ circa ſingularia quia ſolum talia nos offendunt:puta circa Caliã aut Socratẽ:odiũ aũt eſt ad genera:⁊ ad aliq̃d in cõmuni. Nam vnuſq̃ſq; odit furẽ:⁊ calũniatorẽ. ¶ Deĩde cũ dicit.

¶ Et hoc autem inſanabile.

¶ Ponit tertiã differẽtiã:q: hoc.ſcꝫ odiũ eſt inſanabile:ſiue inſaciabile:ſed ira ſaciat̃. Nam cũ odiũ reſpiciat malum ſm ſe:ille qui a nobis oditur:tot non poſſet mala pati:q̃n vellemus ipſum pati plura. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Et hoc quidem cõtriſtare appetit. Hoc autẽ nocere magis.

¶ Ponit quartã differentiã:q̃ iratus appetit contriſtare: ſed odiens magis vult nocere. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sentiri enim vult iratus: huic autẽ nihil differt. Sunt autem triſtitia quidẽ ſenſibilia oĩa. Que autẽ maxime mala minime ſenſibilia iniuſtitia ⁊ imprudentia. Nihil enim contriſtat preſentia malitie.

¶ Ponit quintam:q̃ iratus cupit ſentiri:querit enim apparentem ⁊ ſenſibilem vindictam:ſed huic.ideſt odienti nihil differt:ſufficit enim ſibi:q̃ inimicus ſuus patiat̃ nocumentũ. Exponit aũt quę ſunt triſtia dicens:q̃ cum triſtia ſint mala ſenſibilia:quę nõ ſunt maxima mala.maxime aũt mala ſunt minime ſenſibilia.nam iniuſticia ⁊ imprudentia:⁊ cętera vitia:quę ſunt maxime mala: ſic virtutes ſunt maxime bona talia.ſcilicꝫ maxime mala contriſtant. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et hec cum triſtitia. hoc autem non eſt triſtitia. Iratus quidem igit̃ triſtat̃ odiẽs aũt nõ.

¶ Ponit ſextam differentiã:q̃ hęc.ideſt ira eſt cum triſtitia.hoc aũt.i.odium non eſt cum triſtitia:iratus triſtatur. odiens autem non triſtatur. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Et hic multa ſi fiant miſerebitur. hic autem pro nullo.

¶ Ponit ſeptimã.ſ.q̃ hic.i.iratus ſi fiant multa mala ei q̃ iraſcitur:miſerebitur eius.hic aũt.i.odiens pro nullo malo compatitur ei:quem odit. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Hoc quidem enim circa pati vult eũ cui iraſcitur. hoc autem non eſſe.

¶ Ponit octauã ⁊ vltimã differentiam:q̃ hic.ideſt iratus vult circa pati eũ cui iraſcitur.hic aũt.i.odiẽs vult ipſũ nõ

eſſe velles

eē vellet exterminare: ⁊ occidere eū: quē odit. ¶ Dein. c. d.

¶ Manifeſtum igitur ex his: ꝙ cōtingit inimicos ⁊ amicos: ⁊ exiſtentes demonſtrare: ⁊ nō exiſtentes facere: ⁊ dicentes diſſoluere. Et aut propter iram: aut inimicitiam vacillantes ad vtrumq̄ꝫ elegerit quis dicere.

¶ Adaptat que dixerat de amore ⁊ odio ad artē rhetoricā dicēs: ꝙ manifeſtū eſt ex his: que dicta ſunt: exiſtētes amicos vel inimicos demōſtrare: vt augmentet̄ amicitia vl̄ inimicitia: ⁊ non exiſtentes facere ⁊ diſſoluere dicētes ſe eſſe amicos: ⁊ manifeſtū eſt ex dictis. Qꝫ aūt ꝓpter irā: aut ꝓpter inimicitiā vacillantes ⁊ nō firmos poſſumus dicere ad vtrūq̄. ſcꝫ ꝙ quis elegerit. Et q2 vtrūq̄ꝫ per amicitiā ⁊ inimicitiā ⁊ amorē ⁊ odiū variat̄ iudiciū: ideo ad perperſuadendam predicta ſunt vtilia.

¶ Qualia autē timent: ⁊ quos: ⁊ qualiter hn̄tes ita eſt manifeſtum.

¶ In parte iſta: vt ſuperius dicebatur determinatur de timore ⁊ audatia. Propter quod hec pars diuiditur in duas: q2 primo determinat de timore. Scđo de audatia. Scđa ibi. (Cum de timore manifeſtū.) Circa primū duo facit: q2 primo premittit intentionē ſuam. Scđo exequit̄ de intento. Scđa pars ibi. (Sit itaq̄ꝫ timor.) Dicit ergo primo: ꝙ qualia hoīes timent: ⁊ quos timēt: ⁊ qualr̄ ſe habentes timent ita. i. hoc modo eſt manifeſtū: vt ꝯſiderentur dicēda. Hec aūt que propoſuit: ſunt illa dicēda circa quālibꝫ paſſionē: vt ſupra patuit. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Sit itaq̄ꝫ timor triſticia quedaꝫ: vel turbatio ex fantaſia futuri mali: aut corruptiui: aut contriſtatiui.

¶ Exequitur ⁊ duo facit: q2 primo diffinit timorē: ⁊ declarat diffinitionē datā. Scđo ex diffinitiōe ꝓpoſita inueſtigat illa tria: que dixerat dicenda eſſe de timore. Scđa ps ibi. (Si itaq̄ꝫ timor hoc eſt.) Circa primū duo facit: q2 primo dat diffinitionē timoris. Scđo declarat que dixerat. Scđa ibi. (Non eni oīa.) Dicit ergo: ꝙ timor eſt quedaꝫ triſtitia: vel quedā turbatio ⁊ fantaſia. i. ex apparētia futuri mali: vel futuri corruptiui: aut contriſtatiui. Nam quia videtur: vel apparet nobis ꝙ debeamus pati timemus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Non enim omnia timentur: puta ſi erit iuſtꝰ aut tardus. Sed q̄cūq̄ꝫ: aut triſtitias magnas aut corruptiones iferre pn̄t. Et hec ſi nō longe ſed prope videant̄: vt in ꝓximo futura. Que enim longe valde non timentur. Sciunt enim oēs ꝙ morient̄: ſed quia non ꝓpe nihil curant.

¶ Exponit ſe: nā oīa timēt̄: q2 nō timet aliquis: ſi erit iniuſtus: aut tardus: aut qualiscūq̄ꝫ vitioſus. Solū ergo timētur ea: que pn̄t iferre triſtitias: aut magnas corruptiones ⁊ maxime: ſi talia corruptiua non lōge: ſed ꝓpe videant̄ ⁊ vt in proximo futura. nā que ſunt valde longe non timētur. Videmus eni: ꝙ oēs hoīes ſciunt ꝙ morient̄: ſꝫ q2 nō credūt mortem eſſe prope: nihil curant. ¶ Deide cū dic.

¶ Si itaq̄ꝫ timor hoc ē: neceſſe talia timēda eē quecūq̄ꝫ vidētur potentiā habere magnā corrumpendi: aut nocendi nocumenta in triſtitiā magnam tendentia.

¶ Ex diffōne data de timore: manifeſtat illa tria: que propoſuerat. ideo tria facit: q2 p̄mo oſtendit qualia homines timent. Scđo manifeſtat quos timēt. Tertio declarat q̄liter ſe hoīes hn̄tes timent. Scđa pars ibi. (Quū autē qui multi.) Tertia ibi. (Qualr̄ aūt diſpoſiti.) Circa primuꝫ duo facit: q2 p̄mo dicit timenda eſſe inferentia magna nocumenta. Scđo ex hoc cōcludit: ꝙ etiā ſigna taliū timeri debent. Scđa pars ibi. (Propter quod ⁊ ſigna.) Dicit ḡ ꝙ ſi timor eſt hoc qđ dictū eſt: neceſſe eſt talia eſſe timenda quecūq̄ꝫ vident̄ hr̄e magnā potentiā corrumpēdi: aut nocendi: ſiue inferendi nocumenta tendentia in magnaꝫ triſtitiam. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Propter qđ ⁊ ſigna taliū timēda: prope eni videtur qđ timendū. hoc eni eſt periculum terribilis appropinquatio. Talia autē inimicitia ⁊ ira potentium facere aliquid.

¶ Oſtendit ſigna talium timenda eſſe. Et duo facit: quia p̄mo dicit ſigna taliuꝫ timenda eſſe. ⁊ oſtendit illa ſigna. Scđo aſſignat rōnē dcī. Scđa ibi. (Palaꝫ eni qđ volūt.) Dicit ergo: ꝙ q2 corruptiua ſunt timēda. ideo ſigna taliuꝫ corruptiuorū timēda ſunt. Nā ex ſigno cognoſcimus reꝫ eſſe ꝓpe: ⁊ qđ ꝓpe eſt: videt̄ eſſe timēdū. Huius aūt ſignū timendū eſt periculū terribilis ⁊ appropinquatio eius: talia aūt. i. ad talia pericula: vel ad tales appropinquantes videt̄ aliqđ facere inimicitia: ⁊ ira potētū. ¶ Dei. ⁊c.

¶ Palam eni qđ volunt ⁊ poſſunt. Quare ſūt prope facere ⁊ iniuſtitia potentiā habens. In eligendo eniꝫ iniuſtus: ⁊ virtus calumniā paſſa potentiam habēs. Palaꝫ eni ꝙ eliget quidē calumniā cōtumeliā paſſa ſit ſemper. Pōt aūt nunc: ⁊ timor potentium aliquid facere in prōptitudine enim neceſſe eſſe talem.

¶ Probat qđ dixerat. nā irā ⁊ inimicitiā potentiū palā eſt eſſe timēdā: q2 qđ volūt pn̄t. iō ſunt ꝓpe facere. nā potēs vel diues eligēs iniuſtificare eſt iniuſtitia potētiā habēs. ideo ꝓpiquis eſt actꝰ. i. malefaciēdi: vt alia lr̄a ſupplet. iō ſubdit: ꝙ in eligendo eſt quis iniuſtus: ſemꝑ ergo iniuſtus quantū eſt de ſe eligit nocere. ſi aūt non nocet: hoc eſt: q2 non pōt. Si ergo addat̄ virtus ⁊ potentia ipſi iniuſto: q2 virtus potentiā habēs nocendi palā: q2 calūniaꝫ paſſa hꝫ virtus: vel huiuſ potēs eliget neceſſe ſemꝑ. i. omni tēpore quādo eſt paſſa cōtumeliā. Si ergo huiuſ diuites: q2 vt plurimū ſunt iniuſti rōne potētie eligant ſemꝑ nocere cū patiunt̄ contumeliaꝫ: timenda eſt ira eorū. iō addit ꝙ nunc. i. omni hora timor potētiū pōt aliqđ nocere: q2 tales nocere pn̄t. iō ſubdit: ꝙ in prōptitudine diuitē nocere: eſt eſſe talē. i. nocētē: in ꝓmptu eni eſt. ꝙ noceat: cū poſſit nocere cum vult. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Qm̄ autem multi deteriores ⁊ minores ad lucrandū: ⁊ formidoloſi in periculis terribile: vt in pluribus ſuper alium ipſum eſſe. Quare conſocij eius: qui fecit aliquid dirum: terribiles autem: ne prodant: aut deſerant.

¶ Oſtendit quos timere debemus. Et duo facit: q2 primo ponit q̄ſdā ſimplices ꝯſiderationes ad cognoſcēdū q̄ ſūt timēdi. Scđo ponit hꝫ ꝯſiderationes ſm quādā ꝯparationē. Scđa ibi. (Et que melioribꝰ.) Circa p̄mū q̄nq̄ꝫ facit ſm ꝙ q̄nq̄ꝫ cōſiderationes ponit. Scđa ibi. (Et potētes.) Tertia ibi. (Et iniuſto paſſi.) Quarta ibi. (Et q̄ iniuſta.) Quinta ibi. (Et pro eiſdem.) ¶ Prima talis. Quū multi ſunt deteriores. i. delectabiles: ⁊ minores ad lucranduꝫ. i. ad vincēdū alios: ⁊ formidoloſi in periculis: vt in pluribꝰ

terribilē eſt eſſe ipſum.i.ſuper ipſum malū:ꝙ ſup aliū vi‑
dit eſſe.vñ alia lr̃a hꝫ ꝙ p̄cipue caueł malū:cuius ſimile
accidit alicui:quare ſi aliqui ſunt ꝯſcij eius.i.alicuiꝰ hoīs
qui fecerit aliqđ dirū:vel aliqđ terribile:qꝛ vt dictū eſt ho
mines:vt plurimū:ſunt formidoloſi:cōſcij huius negocij
timent.huiuſ terribiles:ne perdant:aut ne deſerant:quę
hīc:ne huiuſ terribiles auferant eis bona ſua:alia aūt lr̃a
habꝫ hoc planius:vbi dicił:ꝙ qui cognoſcūt aliq̄s:q ex
cuerīt res horribiles:valde ipos expaueſcūt. ℂ Dei.ꝛc̄.

ℂ Et potentes iniuſta facere ſuper his qui pñt iniuſta pati:vt enim in pluribus iniuſta faciūt homines cum poſſunt.

ℂ Ponit ſcđam ꝯſiderationē.Cōtinueł aūt ſic:ꝙ nō ſolū horribilia facientes ſunt timendi:ſed etiā ipſi potentes in iuſta facere ſunt timēdi:⁊ ſunt horribiles ſup his:qui pñt iniuſta pati:⁊ eſt ratio:qꝛ vt in pluribus homines iniuſta faciunt:cum poſſunt. ℂ Deinde cum dicit.

ℂ Et iiuſta paſſi:aut putātes iniuſta pati:ſemper enim obſeruant tempus.

ℂ Ponit tertiā conſiderationē:ꝙ timēdi ſunt paſſi iniuſta:aut timentes iniuſta pati:⁊ eſt rō:qꝛ tales ſemꝑ obſeruant tēpus:qꝛ poſſunt nocere. ℂ Deinde cum dicit.

ℂ Et qui iniuſta fecerunt:ſi potentiam habeāt timendi:cum formident. Supponebatur enī tale terribile.

ℂ Ponit quartā:ꝙ timendi ſunt qui fecerunt iniuſta.ſi habeant potentiā. Nā cū tales formident ꝯtra pati:ne patiātur nocent alijs:ſupponebał enī ſapientis tale eſſe terribile.Dicebał enī ꝙ potentia potentū cū eligūt iniuſta facere:ſi habeāt potentiā ſunt timendi. ℂ Deinde cum dicit.

ℂ Et pro eiſdem certantes quecūq; non cōtingit ſimul exiſtere ambobus:ſemper enim pugnant ad tales.

ℂ Ponit quintā:ꝙ timēdi ſunt decertantes pro illis eiſdē quę nō ꝯuenit ſimul exiſtere ambobus:⁊ eſt ratio:qꝛ ſemper hoīes pugnāt ad tales:vt appetentes dominiū pugnāt cōtra volentes dominari. ℂ Deinde cum dicit.

ℂ Et qui meliorib9 terribiles:⁊ ipis terribiles. Magis.n. vtiq; poteſt ledere ipſos q̄ȝ meliores:⁊ quos timēt meliores ipſis pp idē:⁊ qui meliorib9 ſeipſis peremerūt:⁊ q meliorib9 ſeipſis ſuppoſiti:aut enī iā timendi:aut cū egerīt.

ℂ Ponit ꝯſiderationes ſm cōparationē excellēnę:⁊ quatuor faciūt:qꝛ excellētia terribilis pōt ſumi quadrupliciter. Primo ex exceſſu terribiliū. Scđo ex latitatiōe eoꝝ. Nā terribilia latentia:qꝛ improuiſa terribiliora ſunt. Tertio ex incorrectione iniuriantiū:qꝛ hoīes nō correcti audatiores ſunt ad nocēdū. Quarto ex defectu auxilioꝝ:qꝛ i terribilibus poſiti:ſi caremus auxilijs magis timemus. Scđa ibi.(Et eoꝝ q iniuſta.)Tertia ibi.(Oia aūt timenda.) Quarta ibi.(Et quoꝝ auxilia.)Excellētia aūt terribilis ex ipſo exceſſu ſumił ꝑ ꝯparationē ad meliores nob:qꝛ q ſupat meliores nobis nos ſupant. ℂ Pōit aūt circa h̄ q̄tuor cōſiderationes. Scđa ibi.(Et quos timent.)Tertia ibi.(Et qui meliores.)Quarta ibi.(Et qui melioribus.) ℂ Prima ꝯſideratio talis.Qꝛ terribiles melioribus ſunt terribiles ipſis:⁊ eſt ratio:qꝛ magis poſſūt ledere ipſos q̄ȝ meliores. ℂ Scđa talis. Quos timent meliores debent ipſi timere.Et ꝑpter idem ſiue ꝑpter eandeꝫ cām:qꝛ qui plus ſunt timendi ab eis q̄ȝ a melioribus. ℂ Tertia talis. Qꝛ qui peremerant.i.occiderūt meliores ſeipſis:ſūt timēdi ab eis:qui ſunt peiores illis. ℂ Quarta talis.Qꝛ qui ſūt ſuppoſiti melioribus ſeipſis:qꝛ ſignum eſt:ꝙ tales augmentari debēt in potētia:vel ſunt iam timendi:vel timēdi ſunt quādo iam creuerit potentia eoꝝ.habēt aūt ſe iſte quattuor cōſiderationes per ordinē. Nā prima cōſideratio reſpicit ſolū potentiā ledendi. Scđa vero ſupra huiuſ potentiā:addit ſigna leſionis:qꝛ tūc hoīes timenł:quādo iudicia leſionis ex eis apparent. Tertia vō ſumił ex nocumento iam illato. Quarta aſſumił ex dñio:vel excellētia ſecuta ꝑpter illatū nocumentū. ℂ Deinde cum dicit.

ℂ Et eorū qui iniuſta paſſi ſunt:⁊ inimicoruꝫ:aut referentium aduerſariorum:nō qui acute ire ⁊ inſtantiſſimi:ſed mites ⁊ ironatores ⁊ aſtuti. Immanifeſti enim q̄ȝ prope. Quare nunq̄ȝ manifeſti q̄ȝ longe.

ℂ Ponit conſiderationē ad cognoſcēdū excellentiā pp latitationē dicens:ꝙ eoꝝ amici ſupra:vt alia lr̃a habꝫ q ſūt paſſi iniuſta ſunt timendi:⁊ amici inimicoꝝ:aut aduerſariorū refellentiū:ſunt etiā timendi valde:⁊ hoc amici eoꝝ paſſorū iniuſta q̄ȝ inimicorū ſunt timendi.Et ſi acute irę.⁊ ſi ſunt inſtantiſſimi ⁊ manifeſti ſm iram:ſed ſi ſunt mites ⁊ ironatores.i.ſimulatores:vt hꝫ alia lr̃a:⁊ ſi ſīt aſtuti ⁊ eſt rō:qꝛ tales imanifeſti ſunt:⁊ qꝛ ſunt ꝑpe ad inferendū nocumētū:q̄re oino ſunt imanifeſti q̄ȝ qꝛ longe ſunt.ideſt valde timendi ꝑpter latitationē. ℂ Deide cū dic.

ℂ Omnia aūt timenda terribiliora:quicūq; ſi peccauerit corrigi non contingit:ſed aut totalr̄ impoſſibilia:aut nō in ſeipſis:ſed in cōtrarijs.

ℂ Ponit excellentiā terribilis ꝑpter non punitionē dicēs:ꝙ inter oīa timenda illa ſunt terribiliora:vel illi homīes ſunt terribiliores quicūq; ſi peccauerint nō cōuenit corrigere:ſed aut totalr̄:aut vniuerſalr̄ īpoſſibilia ſunt flagella ⁊ correctiones in talibus:aut ſi qua correctio pōt eis inſligi non erit in ſeipſis:ſ; forte in ſuis rebus:ſed in ꝯrijs.i.in aduerſarijs.pōt eſſe correctio in ſeipſis. ℂ Deide cū.d.

ℂ Et quorū auxilia nō ſunt:aut non facilia:vt aūt ſimplr̄ dicere timēda ſunt quecūq; in alijs fcā aut futura miſabilia ſūt timēda. Que qdē igił:⁊ q̄ timēt fere:vt eſt dicere maxia hec ſūt.

ℂ Ponit cōſiderationē ad cognoſcēdū potentiā terribilis ex defectu auxilioꝝ dicens:ꝙ illi ſunt maxime terribiles vel illa ſunt maxime terribilia:quoꝝ auxilia nō ſunt:aut non facilia ad habendū. Addit aūt:ꝙ vt ſimplr̄ eſt dicere alia ſunt timenda quęcūq; in alijs facta:aut futura miſerabilia.ideſt inferunt miſeriā:⁊ nocumentū. Ultimo epilogat:ꝙ quę ſunt maxime timenda:⁊ quę maxime hoīes timent:in ſūma eſt dicere:hęc ſunt:quę dicta ſunt.

Qualiter autē diſpoſiti ipſi timent nunc dicamus. Sed ita eſt timor cum expectatio eſt patiendi corruptiuam paſſioneꝫ aliquā:manifeſtum ꝙ nullus timet putantiū nihil eſſe pati:neq; hoc:que non putant pati:neq; hoc a quibus non putant:neq; tunc quando non putant. Neceſſe igił timere exiſtimantes aliquid ſe paſſuros:⁊ eos quibus hoc ⁊ nunc

ℂ In pte iſta venał phs qualr̄ diſpoſiti timent.Et duo facit:qꝛ primo cōtinuat ſe ad dicenda:qualr̄ aūt ipſi hoīes diſpoſiti

ſpoſiti

ſpoſiti timent dicamus:nunc exequiť de intento.ibi.(Si itaq; ē timor.)Circa qđ duo facit:qꝛ pˀmo exequiť in vli. Scđo in ſpāli manifeſtat qđ dixerat ibi.(Nō putāt aūt.) Dicit ergo ꝙ ſi timor eſt triſtitia cū expectatiōe patiendi paſſionē aliquā corruptiuā:manifeſtū eſt:ꝙ nullus putantium niſi cōtra pati timet.vñ hoīes nō timent hęc:quę nō putant pati:neq; hos a quibus non putāt pati:neq; tūc qñ non putant pati.neceſſe eſt ergo hoīes timere:qꝛ ſunt aliquid extimantes ſe paſſuros.Unde timent eos:a quibus putant pati. ❡Deinde cum dicit.

❡Non putant aūt ſe paſſuros neq; qui in infortunijs magnis ſunt:ꝛ putātes ꝑpter qđ cōtumelioſi:ꝛ paruipenſores:ꝛ audaces:faciūt āt tales diuitie:robur:mltitudo amicoꝝ ptās.

❡Specificat quę dixerat.Et duo facit ſm ꝙ duplr hoīes nō putant ſe pati.Scđa ps ibi.(Neq; q putant.)Dicit ꝙ ꝙ hoīes nō putant ſe paſſuros:q̄ ſunt in magnis infortunijs.i.in magnis ꝓſperitatibꝰ.Et illi q ſunt putātes de ipſis vel ꝯfidentes:vt dꝫ alia lr̄a.pp tales ſunt ꝯtumelioſi.nā diuitię robur multitudo amicoꝝ:ꝛ cętera talia:quę pertinēt ad ifortunia faciūt hoīes tales.i.cōtumelioſos ꝛ ꝑpēſores:ꝛ audaces:pp qđ tales nō timēt. ❡Deīde cū dicit.

❡Neq; q putāt ſe ꝑtuliſſe oīa grauia ꝛ obdurati ad futurū:ſic q decapitanť iā;ſꝫ opꝫ aliquā ſpē adeſſe ſalutis:de quo in agonia ſunt.

❡Ponit ſcđam conſiderationē.Et tria facit:qꝛ primo ponit cōſiderationē ipſam.Scđo qđ dixerat manifeſtat per ſignū.Tertio oſtēdit q̄ liter ſuccurrēdū eſt hoībus timoroſis.Scđa pars ibi.(Signū aūt.)Tertia ibi.(Quare oportet.)Dicit ergo:ꝙ hoīes non timent qui putāt ſe pertuliſſe oīa grauia.vñ obdurati ꝛ quaſi deſperati ad futurū nō timent:ſicut non timēt qui iā decapitanť:ꝛ eſt rō qꝛ ſemper timentibus opꝫ adeſſe aliquā ſpem ſalutis:de quo ſūt in agonia. ❡Deinde cum dicit.

❡Signū autem:timor enim conſiliatiuos facit:ꝛ quidem nullus cōſiliatur de deſperatis.

❡Manifeſtat q̄ liter deſperati:ꝛ illi qui ſunt in agonia:ꝛ anguſtia q̄ liter ſalui fiant:nō timent:qꝛ timor facit hoīes cōſiliatiuos:deſparatꝰ aūt nullus cōſiliať. ❡Deinde cum dicit.

❡Quare opꝫ tales ꝑperare quādo ſit melius timere ipſos:quia tales ſūt quales pati.Et eni alij maiores paſſi fuerunt:ꝛ ipſi ſimiliter oſtēdere patientes:aut paſſos:ꝛ ab his:a quibus non putabant:ꝛ hoc erit tunc.

❡Oſtēdit q̄ liter ſuccurrendū eſt hominibus timoroſis dicēs:ꝙ tales hoīes timoroſos opꝫ ꝑparare ſuccurrēdo eis:cōtra terribilia:ꝛ hoc qñ melius.i.qñ magis ſit.i.cōtingit ipſos timere.Modus aūt ſuccurrēdi timoroſis ē:vt dicimus eis:ꝙ tales.i.tā boni:tā magni ſūt:q̄les pati vidimꝰ vl ſūt:qꝛ paſſū ē.vñ debemꝰ dīc ꝙ maiores ipſi ſūt paſſi:ꝛ debemꝰ oñdere ſiles ipſis eē patiētes:aut paſſos ab alijs a qbꝰ nō putabāt.ꝛ hoc erit.i.pati eos:qñ nō putabāt.Nā ſi timoroſi ſciūt alios maiores ſe:vl ſiles ſibi paſſos ex inſperato ſilia maiora ꝙ ipſi ꝑparanť ꝛ armanť ꝯ timorē.

Quoniam autem de timore manifeſtū quid eſt:ꝛ de timidis:ꝛ q̄ liter ſinguli habentes formidant manifeſtū:ꝛ ex his ꝛ audere quid eſt:ꝛ circa qualia audaces:ꝛ q̄ liter diſpoſiti audaces ſunt.

❡Poſtq̄ phs determinauit de timore:hic determinat de audacia.Et duo facit:qꝛ pˀmo cōtinuat dicta dicedis.Secūdo exequiť de intēto.Scđa ibi.(Auſibile enim.)Dicit ergo:ꝙ qꝛ manifeſtū eſt de timore.quia etiā manifeſtū de timēdis:quę ſunt.ꝛ manifeſtū eſt etiā q̄ liter ſinguli hoīes ſe habentes formidant:qꝛ vnū cōtrarioꝝ facit ad cognitionē alterius cū audatia opponať timori.Et ex his quę dicta ſūt ſcire poterimus quid eſt audere:ꝛ circa qualia homines audaces ſunt:ꝛ quomodo diſpoſiti ſunt audaces. ❡Deinde cum dicit.

❡Auſibile enim cōtrariū timido.Quare etiaꝫ cū fantaſia aut ſpes ſalutariū:vt ꝓpe exiſtētiū timendoꝝ autē:aut non entiū:aut longe entiuꝫ.

❡Exequitur de intento.Et tria facit ſm ꝙ tria propoſuit de audacia.Naꝫ primo determinat qđ eſt auſibile.Scđo oſtēdit circa quos homines audaces ſunt.Scđa ibi.(Et ſi neq; iniuſta.)Tertia ibi.(Ipſi autē ſic habentes.)Circa primū duo facit:quia primo dicit qđ eſt auſibile:ꝛ declarat diffinitionē dictā.Scđo oſtendit ex hoc q̄ liter ſunt auſibilia pericula remota ꝛ propinqua.Scđa pars ibi.(Sūt aūt auſibilia.)Dicit ergo ꝙ auſibile eſt cōtrariū timido.ideo cū eſt fantaſia:aut ſpes ſalutariū:vt ꝓpe exiſtentiuꝫ timendoꝝ aūt eſt fantaſia:aut nō entiū:aut longe entiuꝫ audemus.nā quilibꝫ audet cū ſalutaria ſunt ꝓpinqua:timenda vo vel ſunt nulla:vel remota. ❡Deinde cū dicit.

❡Sunt aūt auſibilia pericula longe entia:ꝛ auſibilia prope:ꝛ directiones ſi ſint:ꝛ auſibilia autē multa:aut magna:aut ambo.

❡Oñdit q̄ liter ꝑicula lōge entia:ꝛ ꝓpe ſunt auſibilia dicēs:ꝙ talia auſibilia ſunt:ſi directiōes ꝛ auxilia ſunt multa:aut magna:aut ambo.i.ſimul multa ꝛ magna.nā quilibꝫ audet quęcūq; genera periculoꝝ:ſi directiones ꝛ auxiliatores habeat multos ꝛ magnos. ❡Deinde cum dicit.

❡Et ſi neq; iniuſta paſſi:neq; iniuſta fecerint:aduerſanteſq;:aut non ſint oīno:aut nō habēt potentiā:aut potētiā habētes ſint amici:aut fecerint:aut ſi plures fuerint:quibus hec cōferunt:aut meliores:aut ambo.

❡Oſtendit erga quos hoīes ſunt auſibiles.Nā auſibiles ſūt erga eos:a qbꝰ nō ſūt iniuſta paſſi:qꝛ paſſi ab alijs poſt paſſionē cōſueuerūt magis timere ꝑpter experientiaꝫ nociui:ſic etiā hoīes:aut circa eos.a quibus nō iniuſta fecerīt niſi credentes ab illis damnificari.Et audent erga eos:qꝛ aut oīno nō ſunt aduerſantes:aut ſi ſunt aduerſantes nō hñt poꝰ.aūt ſi hñt poꝰ hꝫ aduerſantes ipis:cū qbꝰ voluīt aduerſari ſunt amici:quibus benefecerunt:ꝛ a quibus bñ fuerunt paſſi:ꝛ maxime ſi eis fuerunt plures amici q̄ aduerſarij:quibus amicię talia conferunt vel cōtulerūt:aut meliores:aut ambo.ideſt plures ꝛ meliores.Nā homines non timent de aduerſarijs:ſi habeant plures ꝛ meliores amicos q̄ ipſi. ❡Deinde cum dicit.

❡Ipſi autē ſic habentes auſiui ſunt:ſi in multis obtinuiſſe putant:ꝛ non paſſos fuiſſe:ꝛ ſi ſepe inciderint periculis:ꝛ euaſerint.

❡Oſtendit qualr ſe habentes non timent:ꝛ duo facit:qꝛ primo oſtendit hoc per cōparationē ad experientiaꝫ:ꝛ inexperientiā.Scđo ſumit cōſiderationes huiꝰ quantū ad alias acceptiōes.Scđa ibi.(Et quādo ſimilibus.)Circa pˀmū duo facit:qꝛ primo facit qđ dictū eſt.Scđo dat cām dicti.ibi.(Duplr enī.)Dicit ergo:ꝙ illi hoīes ſic ſe habētes ſunt auſiui.Primo ſi putant obtinuiſſe in multis:ꝛ nō

paſſos fuiſſe:propter qđ inexperti aliauius nociui audent. Scđo aūt ſunt auſiui:ſi ſepe inciderint in piculis:⁊ experti fuerint nociua.ſed euaſerint. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Dupliciter enim impaſſibiles fiunt homines aut in non expertos fuiſſe:aut in habēdo auxilia:ſicut in periculis:que penes mare inexperti hyemis audent futura:⁊ auxilia habentes propter experientiam.

¶ Manifeſtat qđ dixerat dicens:ꝙ hoīes dupl'r ſunt impaſſibiles.i.dupl'r non patiunt̄ timores:aut qꝛ non fuerūt experti nociua ⁊ terribilia:aut qꝛ ꝓpter experientiaȝ habēt auxilia:per que putant euadere:ſicut accidit in periculis: que ſunt penes mare:qꝛ inexperti hyemis ⁊ tēpeſtatis audent futura pericula:⁊ marinariꝫ ꝓpter experientiā habētes auxilia cōtra talia etiā audent. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Et quādo ſimilibus non erit timendū:neqꝫ minor:⁊ his quibus meliores putant eſſe:putant autem his:quibus dn̄ati ſūt:aut ipſis:aut melioribus:aut ſimilibus.

¶ Poſtq̄ȝ oſtendit qual'r ſe habentes audent ꝓpter experientiā:vel inexperientiā:oſtendit hoc idem quātū ad alias acceptiones.Et quinqꝫ facit ſm ꝙ quinqꝫ cōſiderationes ponit circa hoc.Scđa ibi.(Et ſi exiſtere.)Tertia ibi.(Et ſi non iuſta.)Quarta ibi.(Et total'r.)Quinta ibi.(Et cuȝ preinuadentes.) ¶ Prima cōſideratio talis.Qꝛ quando aliqđ terribile nō erit timendū ſimilibus:neqꝫ minoribꝰ non erit timendū etiā ipſis:⁊ exponit qbus hoīes putant eſſe meliores dicens:ꝙ hoīes putant eſſe meliores his:quibus ſunt dn̄ati:⁊ hoc:aut ipſis:aut melioribus ipſis:aut ſimilibus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et ſi exiſtere ipſis putant plura ⁊ maiora:quibus excedētes timidi ſunt.Hoc autē ſunt multitudo pecuniarum:⁊ robur corporuȝ:⁊ amicorum:⁊ regionis:⁊ preparationum ad bellū aut omnium:aut maximorum.

¶ Ponit ſcđam conſiderationē:ꝙ hoīes audent:ſi putant exiſtere ipſis plura auxilia ⁊ maiora:quibus excedentes alios ſunt timendi ab eis.Et exponit que ſunt talia auxilia dicens:ꝙ hic ſunt multitudo pecuniarū:robur corporꝫ ⁊ robur amicoꝝ:robur regionis:vel contrate:⁊ preparatoriū ad belluȝ:vnde hoīes maxime audent:ſi exiſtant eis auxilia omniū:que dicta ſunt:aut maximorum inter iam dicta. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et ſi nō iniuſta fecerint:aut nulli:aut nō multis:aut non talibus:de quibus non timent.

¶ Ponit tertiā:ꝙ hoīes audent:ſi non fecerint iniuſta:aut nulli:aut nō multis:aut nō talibus:de quibus timent:alii qui textus habent:de quibus non timēt:ſed ſuperfluit ibi non:vt patet ex alia littera. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et totaliter ſi ea:que ad eos ſpōs habeant:⁊ quantum ad alia:⁊ quantū ad ea:que a ſignis ⁊ reputationibus.

¶ Ponit quartā cōſiderationē.Scđo aſſignat rōneȝ eius quod dixerat.Scđa ibi.(Auſiuuȝ enī ira.)Dicit ergo:ꝙ hoīes total'r ſūt auſiui.ſi ad ea:que ad deos.i.ſi fuitus impendēda diis bene habeāt ipſis.ideſt bene ſe habeāt ī ipſis.Sunt aūt duo genera eorū:que debent̄ diis:qꝛ quedā ſunt quaſi ſigna ⁊ reputationes ad ſacrificia:⁊ edificationes templorū:quedaȝ vero ſunt alia ab iſtis:vt rectitudo cordis:⁊ cuncte bone affectiones:ſm quas mouemur in deuȝ.Igit̄ ſi homo bn̄ ſe habeat erga deos quātū ad talia vt quantū ad huiꝰ affectiones intrinſecas:que ſunt alie.i.aliene ab omnibus:que videri non poſſunt:⁊ etiā quantū ad ea:que a ſignis ⁊ reputationibus accipiunt̄:ſequit̄ ꝙ talis ſit auſiuus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Auſiuum enim ira. Non iniuſta facere autē ſed iniuſta pati infectiuum eſt. Demū autem arbitratur auxiliari iniuſta patientibus.

¶ Aſſignat rōnem dicti dicens:ꝙ ira eſt quid auſiuū:⁊ ira non eſt ad iuſta facere:ſed iniuſta pati eſt factiuū ire. Cū ergo quis nō iniuſtificat:nullus mouet̄ per irā contra eos quia tūc ira erit ad iniuſtū.ideo tales ſunt auſiui:ꝓpter qđ aſſignata eſt cauſa eius:qđ dixerat:qꝛ auſiui ſunt:q nō iniuſta fecerunt.Addit aūt ꝙ arbitrat̄ quilibꝫ diuinum.i.deū auxiliari iniuſta patiētibus:ꝓpter qđ aſſignata eſt rō quare ſe hn̄t total'r bene in his:que ſūt erga deos:nō iniuſtificantes ſunt auſiui:qꝛ credunt:ꝙ deus ſit defenſor eorum.Dicit autē pħs deos in plurali:nō ꝙ crediderit deos plures:cum in.12°metaphyſice cōcludat vnū principatū:⁊ vnū principē:ſed loquit̄ more gentiliuȝ colentium plures deos. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et cum preinuadentes aut neqꝫ nihil vtiqꝫ pati:neqꝫ paſſuros:aut obtinere putauet̄. Et de timendis quid:⁊ auſibilibus dictum eſt.

¶ Ponit vltimā conſiderationē:ꝙ hoīes ſunt auſiui quādo preinuadentes alios nihil putant ſe pati ab eis:aut paſſuros eſſe:ſed putāt ſe obtinere:⁊ vincere. ¶ Ultimo epilogat:ꝙ de timendis ⁊ auſibilibus dictum eſt.

Qualia autē erubeſcunt:⁊ non erubeſcunt:⁊ ad quos:⁊ qualiter habent palam. Sit itaqꝫ erubeſcētia triſtitia quedā:⁊ turbatio circa ea que videntur ferre inglorificationeȝ malorum:aut preſentium:aut factorum:aut futurorum.

¶ In parte iſta:vt dicebatur:determinat pħs de erubeſcētia:que eſt ſpēs timoris:⁊ gratia:que eſt effectus amoris: timor enī dupl'r pōt ſumi:vel reſpectu inglorificatiōis:vt cū quis timet inglorificari:⁊ tunc eſt erubeſcētia:vl' reſpectu corruptiui:⁊ tunc quia non habꝫ ſpāle nomen appellatur noīe cōmuni:⁊ dicitur timor.Eſt ergo erubeſcētia ſpecies timoris cōmuniter ſumpti:nō timoris:vt eſt de eo ſuperius determinatuȝ:tamē in timore reſpectu corruptiui magis reſeruat̄ ratio timoris q̄ȝ in erubeſcētia:ꝓpter qđ pars illa precedit iſtam.Gratia vero eſt effectus amoris: quia diligentes alios ſunt eis gratioſi cōferendo eis beneficia ſua.ipſum enim beneficiuȝ pōt dici gratia:vt in alia littera in caplō de gratia loco grē habet̄ beneficiū. Cōtingit etiā ꝙ gratia ſit amoris effectiuū:ſed hoc eſt in diuerſis:vt qꝛ aliquis eſt nobis gratioſus:ideo diligimus ipſuȝ. ſed ſi eſt gratioſum ⁊ dilectiuū referat̄ ad ideȝ:gratia magis per ſe eſt effectus amoris q̄ȝ cauſa:magis enim per ſe ꝙ aliquis ſit gratioſus ⁊ benefactiuus:quia dilectiuus:q̄ȝ ecōuerſo:ꝓpter qđ ſi volumus per ſe reſpicere ordinē inter gratiā ⁊ amorē:magis eſt gratia effectus amoris q̄ȝ cauſa. ¶ Duo ergo facit pħs:qꝛ primo determinat de erubeſcētia.Scđo de gratia.Scđa ibi.(Quibus aūt grām.)Circa primū duo facit:qꝛ p̄mo cōtinuat ſe ad dicenda dicēs palam eſſe ex dictis:ꝙ hoīes erubeſcūt:⁊ ad quos:⁊ qual'r ſe habentes.Scđo exequit̄ de intento.ibi.(Sit itaqꝫ erubeſcentia.)Scđo deſcribit in erubeſcentiam ei oppoſitam.

Tertio ex deſcriptionibus datis inueſtigat illa tria: que ꝓpoſuerat. Scḋa ibi. (Inerubeſcentia autem.) Tertia ibi. (Si itaq; eſt.) Dicit ḡ q erubeſcētia eſt quedā triſtitia: ⁊ eſt q̄dam turbatio circa ea: que videntur ferre. id eſt inducere ingloꝛificationē maloꝝ: aut preſentium: aut futurorum aut factorum. ℂ Deinde cum dicit.

ℂ Inerubeſcentia: aut paruipenſio quedam ⁊ impoſſibilitas circa hec ipſa.

ℂ Diffinit inerubeſcentiā dicens: q inerubeſcentia eſt quedā paruipenſio. Et quedā impaſſibilitas circa talia mala. Nā qui paruipendit: ⁊ non patitur: circa talia eſt inuerecūdus. ℂ Deinde cum dicit.

ℂ Si itaq; eſt erubeſcētia q̄ diffinita ē neceſſe ē erubeſcere quidem in talibus maloꝛū: que videntur turpia eē ipſis: aut his: de q̄bus curant.

ℂ Ex deſcriptionibus datis venatur illa tria: que dixerat de erubeſcentia. Et ideo tria facit: q2 primo oſtēdit qualia homines erubeſcant. Scḋo manifeſtat ad quos erubeſcāt. Tertio declarat qualiter ſe habētes: ⁊ qualr̄ diſpoſiti erubeſcant. Scḋa pars ibi. (Quoniā aūt de cōfuſione.) Tertia ibi. (Ipſi autē ſic diſpoſiti.) Circa ꝑmū tria facit: quia ea que erubeſcimus: vel ſunt volūtaria: vt mala moris vel nālia: que inſunt nobis ex origine: vel ſunt coacta: vt mala que inſunt nobis ex illatiōe. Primo ergo determinat de erubeſcentia: ꝓut oritur ex malis turpibus voluntarie factis. Scḋo determinat de ea: ꝓut oritur ex turpibus potētibus ineſſe ex origine. Tertio determinat de ea ꝓut oritur ex malis illatis. Scḋa pars ibi. (Et ſuꝑ hoc bonis.) Tertia ibi. (Patientes aūt.) Circa primū duo facit: q2 primo in vlī dicit mala moris eſſe: que erubeſcimus. Scḋo ſpecialiter exequitur de eis. Scḋa ibi. (Talia autem ſunt.) Dicit ergo: q ſi erubeſcentia eſt illa: que eſt diffinita neceſſe eſt hoīez erubeſcere in talibus maloꝝ: que ſūt turpia: aut ipſi: aut his: de quibus ipſi curāt aliqui textus habēt curant ſed lr̄a eſt corrupta: vt appꝫ ex alia lr̄a. ℂ Deīde cū dicit.

ℂ Talia autem ſunt quecūq; a malitia opa ſūt vt abijcere clipeū: aut fugere a timiditate.

ℂ Ponit in ſpāli hōī turpia ſcḋm mores: in quibus hoīes erubeſcunt: mala aūt moris diſtinguuntur: q2 quedā ſunt oppoſita virtutibus cardinalibus: quedā vero alijs virtutibus. Ideo duo facit: q2 ꝑmo determinat de erubeſcentia: ꝓut ſumit originē ex vitijs. Scḋa ibi. (Et lucrari a modicis.) Uirtutes aūt morales cardinales ſunt tres: fortitudo: iuſtitia: ⁊ tēperantia. prudētia aūt: licz ſit virtus cardinalis: non tn̄ eſt moralis per oēm modū: ſed eſt media inter intellectuales ⁊ morales: ⁊ q2 tres ſunt tales virtutes: tria ſunt vitia eis oppoſita. ideo tria facit: q2 primo determinat de erubeſcentia: ꝓut cōſurgit ex timiditate: que eſt oppoſita fortitudini. Scḋo prout conſurgit ab iniuſtitia: que eſt oppoſita iuſtitie. Tertio ꝓut cōſurgit ab intēperātia: que opponitur temperantie. Scḋa ibi. (Et ſpoliaſſe.) Tertia ibi (Cōmixtū fuiſſe.) Dicit ergo: q talia in quibus erubeſcimus ſunt quecūq; opera. id eſt operata ſunt a malitia vt abijcere clipeū: aut fugere: quia talia operata ſunt a timiditate. ℂ Deinde cum dicit.

ℂ Et aut ſpoliaſſe depoſitoꝛiū ab iniuſtitia.

ℂ Ponit ſcḋam cōſiderationē: q2 erubeſcētia eſt expoliaſſe depoſitorium: q2 hoc eſt ab iniuſtitia. ℂ Deīde cū. d.

ℂ Et cōmixtū fuiſſe q̄bus nō opꝫ: aut vbi non opꝫ: aut quādo nō opꝫ ab intemperātia.

ℂ Ponit tertiam: q erubeſcibile eſt fuiſſe cōmixtū q̄bus non oportebant vbi non opꝫ: aut quando non opꝫ: q2 talia ſunt ab intemperantia. ℂ Deinde cum dicit.

ℂ Et lucrari a modicis: aut turpib⁹: aut ab impotētibus: puta pauperibus: vel moꝛtuis: vn̄ ⁊ prouerbiū ſaltez a moꝛtuo ferre ē a turpi lucratione enim: ⁊ illiberalitate.

ℂ Oſtendit q̄uo conſurgit erubeſcētia a malitijs. Et q̄nq; facit ſcḋm q quinq; malitias tangit. Nam primo oſtendit q̄uo conſurgit erubeſcētia ab illiberalitate. Scḋo q̄uo cōſurgit ab adulatione. Tertio q̄uo ꝯſurgit a molitie. Quarto q̄uo cōſurgit a puſillanimitate. Quinto q̄uo conſurgit a iactantia. Scḋa pars ibi. (Laudare aūt ꝑſentē.) Tertia ibi. (Et nō ſufferre labores.) Quarta ibi. (Et ab altero bene pati.) Quinta ibi. (Et deſcaſet ipſe dicere.) Circa primum duo facit: q2 ꝑmo oſtendit q̄uo conſurgit erubeſcētia ab illiberalitate: ꝓut ſimul cū illiberalitate eſt: ⁊ iniuſtitia. Scḋo ꝓut ibi eſt illiberalitas tantū. Scḋa pars ibi. (Et non auxiliari.) Dicit ergo: q erubeſcibile eſt lucrari a modicis: vt expoliare pauperes: aut turpib⁹: vt expoliare moꝛtuos: aut ab impotentibus: vt expoliare infirmos. ideo ſubdit. puta a pauperibus: vel moꝛtuis lucrari: ⁊ q lucrū a moꝛtuo ſit erubeſcibile patet per prouerbiū ſcḋm qḋ dicitur: ſaltem ferre. id eſt auferre a moꝛtuo eſt a turpi lucratione: ⁊ ab illiberalitate. In his aūt omnibus ſimul cū illiberalitate eſt etiam iniuſtitia. ℂ Deinde cum dicit.

ℂ Et non auxiliari in pecunijs potentē: aut minus auxiliari: ⁊ iuuari minus abundantibus: ⁊ mutuum recipere quando videtur petere: ⁊ petere quādo repetere: ⁊ repetere quādo ⁊ laudare: ⁊ videtur petere ⁊ delaudare: vt repulſaz nihil minus. Oīa enī hec illiberalitatis ſigna.

¶ Ponit conſiderationes ad oſidēdū aliquod poſſe: qꝛ clauditur in alio: vel claudit illud ꝗtitatiue. Et duo facit ſm ꝙ duas conſiderationes ponit. Scḋa ibi. (Et ſi genus totum). ¶ Prima talis. Qꝛ quorum partes ſunt poſſibiles: ⁊ totum eſt poſſibile: ⁊ ꝯuertitur: qꝛ ſi totum eſt poſſibile: ⁊ partes: vt in pluribus. Dicit aūt vt in pluribus: qꝛ lꝫ cōuerſiui ſemper habeant veritatem: vt ſi partes poſſunt fieri ⁊ totū: ⁊ econuerſo. Eſt. n. aliquod totū poſſibile: cuius partes diuiſim fieri non poſſunt: fit. n. compoſitum ex materia ⁊ forma: mā tn̄ ⁊ forma diuiſim fieri nequeunt. Oſtendit autem per exemplum dictam conſiderationem dicēs ꝙ ſi poteſt fieri antecisum: ⁊ caputium: ⁊ tunica poteſt fieri indumentum: ⁊ econuerſo ſi indumentū eſt poſſibile ⁊ ꝑciſum. i. antecisum ⁊ caputium ſunt poſſibilia. Antecisuꝫ enim: ⁊ caputium: ⁊ tunica noiant diuerſa indumenta: quibus homo tegitur: indumentum auteꝫ nominat id: quod comprehendit omnia dicta. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Et ſi genus totum poſſibilium fieri ⁊ ſpēs: ⁊ ſi ſpecies ⁊ genus: puta ſi nauis fieri poſſibilis ⁊ triaris: ⁊ ſi triaris ⁊ nauis.

¶ Ponit ſcḋam. Qꝛ ſi genus totuꝫ fieri eſt de numero poſſibilium: ⁊ ſpecies erit de numero poſſibiliū: ⁊ conuertiť ſi ſpēs eſt hꝫ ⁊ genus: puta ſi nauis fieri ē poſſibilis: ⁊ triaris eſt poſſibilis: ⁊ ſi triaris eſt poſſibilis: ⁊ nauis. Triaris eſt enim ſpecies nauis. eſt. n. nauis habens tria genera remorum. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Et ſi alterum eorū: que adinuicem nata ſunt ⁊ alterum: puta ſi duplum ⁊ dimidium: ⁊ ſi dimidium ⁊ duplum.

¶ Oſidit aliquid eſſe poſſibile ex eo: qḋ concludiť in diffinitione alterius. Et duo facit: qꝛ primo facit quod dictum eſt. Scḋo annectit huic conſiderationi quaſdam cōſiderationes de facili ⁊ de difficili. Secūda ibi. (Et ſi ſine arte) ¶ Dicit ḡꝙ ſi alteꝝ eoruꝫ: quę ſunt apta nata referri ad inuicem eſt poſſibile: ⁊ alteꝝ eoꝝ erit poſſe: puta ſi dupluꝫ eſt poſſibile ⁊ dimidium: ⁊ ecōuerſo. ⁊ ſi dimidiū ⁊ duplū. Nam vnum claudiť in diffōne alterius. ¶ Deinde. c. d.

¶ Et ſi ſine arte ⁊ preparatione poſſibile fieri aliquid: fieri magis per artem ⁊ curam poſſibile: vnde ⁊ ab Agathone dictum eſt. Et vtiqꝫ hoc quidem fortuna agere. hoc auteꝫ nobis neceſſe: ⁊ que a fortuna adueniunt.

¶ Annectit duas alias ꝯſiderationes: ideo duo facit. Scḋa ibi. (Et ſi deterioribus). ¶ Prima talis. Qꝛ ſi poſſibile ē fieri aliquid ſine arte ⁊ rōne: poſſibile eſt fieri illud ꝑ arteꝫ ⁊ curam: qꝛ difficilius eſt facere aliquid cū ꝑparatione ꝗ̄ ſine preparatione. Ideo dictum eſt ab Agathone: ꝙ hꝫ cōtingit agere fortuna: alia aūt neceſſe ē agere nobis. i. ā nobis per artem: ⁊ quę aguntur fortuna veniunt nobis ꝑ artem: nam quę fortuna acquirimus ⁊ ſine preparatiōe adipiſcimur: ſi haberemus illius artem ⁊ ſcientiā: multo magis adipiſceremur illud. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Et ſi deterioribus: ⁊ minoribus: ⁊ imprudētioribus poſſibile: ⁊ contrarijs magis: queadmodum ⁊ Socrates ait. Dirum eſſe: ſi quid Enthimeſcides dicit: ipſe autem non poſſit inuenire. De impoſſibilibus aūt palam: ꝙ ex cōtrarijs: que dicta ſunt exiſtunt.

¶ Ponit ſecundaꝫ. Qꝛ ſi aliquid eſt poſſibile deterioribus minoribus: ⁊ imprudentioribus: magis erit poſſibile ꝯtrarijs. i. erit poſſibile magis melioribus: ⁊ prudētioribꝰ: quēadmodum Socrates dicebat: diruꝫ eſſe ⁊ mirabile: ſi Enthimeſcides didicit aliqd ſapere: Socrates ñ poſſit inuenire illud. exiſtimabat ſe Socrates multo melioreꝫ eo. Addit ꝙ qꝛ determinatum eſt de poſſibilibus: palam eſt qd dicendum ſit de poſſibilibus: qꝛ dicēda de impoſſibili eis exiſtunt manifeſta ex contrarijs eorum: quę dicta ſunt.

SI autem factum: aut non factum eſt ex his conſiderandū. Primū quidem enim ſiquidem minus fieri natum factum eſt vtiqꝫ erit: ⁊ ꝙ magis natum eſt.

¶ In parte iſta docet nos phs cognoſcere quid factū: ⁊ qd non factum. Et tria facit: qꝛ primo ponit conſiderationes per quas cognoſcimus quid factum. Secundo differētiā inter eas. Tertio ex dictis docet nos cognoſcere quid non factum. Secunda ibi. (Sunt autem horum). Tertia ibi. (De eo autem quod eſt.) ¶ Circa primum ponit ſeptem conſiderationes. Secunda ibi. (Et ſi qd poſterius). Tertia ibi. (Et ſi potuit). Quarta ibi. (Et ſi poſſibile). Quinta ibi. (Et ſi debeat fieri). Sexta ibi. (Et ſi facta ſunt.) Septima ⁊ vltima ibi. (Et ſi quęcunqꝫ poſterius). Dicit ergo primo: ꝙ ſi factum eſt aliquid: aut non factuꝫ ex his. i. ex dicendis eſt conſiderandum. Et primo videndum ſi factū eſt id: quod minus eſt aptū natū fieri: qꝛ tunc vtiqꝫ factum erit id: qḋ magis natū fieri. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et ſi quod

¶ Et ſi qđ poſterius conſueuit fieri: factū eſt: & qđ prius factum eſt: puta ſi oblitus eſt: & didicit aliquando hoc.

¶ Ponit ſcđam conſideratione̅. Dicit ſi factū eſt qđ cōſueuit fieri prius: puta ſi eſt oblitus aliq̄ȝ illud. nō eni̅ poſſumus obliuiſci: niſi ea que prius ſciuerimus. ¶ Deinde cū dic.

¶ Et ſi potuit: & voluit egit. omnes eni̅ potētes cū voluāt agūt. Impedimētū eni̅ nullū adhuc ſi voluit: & nullū extrinſecorū prohibuit.

¶ Ponit tertiam. Dicit ſi aliquis potuit: & voluit aliquid: egit illud. nam omnes potentes: cū volunt agunt: ſi nullum ſit ipedimentū intrinſecum: & adhuc ſi ſic voluit: q̄ nullū intrinſecorū impedimentorū prohibuit. opȝ enim q̄ volens & potens deberet: q̄ remoueatur omne impedimentum tā intrinſecum q̄ȝ extrinſecū. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et ſi poſſibile: & ordinabat: poterat: & affectabat: vt enim in pluribus: que appetunt: ſi poſſūt faciunt quidem praui ꝓpter incontinentiā: epicheis autē: q̄ȝ epicheia deſiderant.

¶ Ponit quartā. Dicit ſi aliquid eſt poſſibile: & ordinabat vt fieret: q̄ illud eſt factū: vel etiā ſi aliquis poterat: & affectabat aliquid: q̄ illud eſt factū. Nam vt in pluribus oēs homines: ſi poſſunt que appetunt: faciunt illa: ſed aliter praui: aliter iuſti: q̄ȝ praui agunt que volunt: & poſſunt ꝓpter incontinentiaȝ. epiches aūt & iuſti talia agūt: q̄ȝ deſiderāt epicheia. id eſt iuſta. Differt aūt hec cōſideratio a p̄miſſa: q̄ȝ illa eſt neceſſaria: eo q̄ ibi ponat̄ remotio impedimētorū. hic autem eſt vt in pluribus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et ſi debeat fieri & facere. veriſimile enim eū qui futurus erat: & feciſſe.

¶ Ponit quintā. Dicit ſi aliquid debeat fieri: vel aliquis debeat aliquid facere. veriſimile eſt: q̄ illud ſit factū: ꝓbabile eſt enim eum: qui futurus erat aliquid facere: feciſſe illud. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et ſi facta ſunt quecūqȝ nata fuerūt ante illđ aut gratia illi⁹: puta ſi coruſcauit: & tonuit: & ſi attentauit & fecit.

¶ Ponit ſextam conſiderationem. Dicit ſi facta ſunt oīa illa que nata fuerant fieri ante illud: aut gratia illius factū eſt idem: cuius gratia talia facta ſunt. puta ſi coruſcauit & tonuit: & ſi attentauit & fecit. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Et ſi quecunqȝ poſterius nata fuerant fieri: aut eius gratia ſic facta ſunt: & ſiquidem prius eſt: hoc factum eſt: puta ſi tonuit & coruſcauit & ſi egit & attentauit.

¶ Ponit ſeptimā conuerſaȝ hui⁹: q̄ ſi facta ſunt quecūqȝ nata fuerant fieri poſterius: aut gratia hui⁹ ſic facta ſunt: neceſſe eſt eſſe factum ipſuȝ prius: & ecōuerſo. ſi p̄us factū eſt aliquid: & hoc factū eſt: qđ habȝ eſſe gratia illius: quod eſt prius: puta ſi tonuit & coruſcauit. & ſi egit: attentauit: & econuerſo. ¶ Deinde cuȝ dicit.

¶ Sunt autē horū omniū hec quidē ex neceſſitate. hec aūt vt in pluribus eſt habentia.

¶ Dat differentiam inter dictas cōſiderationes: que oīuȝ dictorū: quedā ex neceſſitate cōcludunt: quedā aūt ſunt ſe habētia: vt in pluribus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ De eo aūt qđ eſt non factum eſſe: manifeſtū ex contrarijs horum: que dicta ſunt.

¶ Oſtēdit ex habitis nos poſſe cognoſcere quid nō factum dicēdū: q̄ ex eo qđ eſt non factū eē: manifeſtū eſt: q̄ ex contrarijs eorū q̄ dicta ſunt cognoſci hȝ. Si eni̅ ſcimus oſtēdere aliqđ factū eſſe: per oppoſitum poſſumus ſcire oſtendere aliqđ non eſſe factum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et de futuro quidem ex eiſdē palam. Quod enim in poteſtate: & volūtate eſt: erit: & que in affectu: & ira: & ratiocinatione cū in poteſtate ſūt. Propter hoc ſi in exordio fiēdi: in ꝓximo vel in futuro erunt: vt enim in pluribus fiunt magis futura q̄ȝ non.

¶ Ponit conſiderationes ad cognoſcendū aliquid eſſe factum. Et tria facit ſm̄ q̄ tres cōſiderationes ponit. Scđa ibi. (Et ſi perfecta.) Tertia ibi. (Et ſi qđ gratia.) Dicit ḡ q̄ de futuro palā eſt ex eiſdē: q̄ ille eedem conſiderationes per quas cognoſcimus aliquid eſſe factū: valēt ad cognoſcendū aliquid eſſe futurum. Naȝ ſicut arguebamus qđ eſt in poteſtate & voluntate eē factuȝ: ita poſſumus arguere: q̄ illud erit: ſiue q̄ fiet: & que ſunt in affectu: & ira & ratiocinatione: cum talia ſunt in poteſtate fient. Et inde eſt q̄ quicquid eſt in exordio fiendi: & ordinatur: vt fiat in proximo: & futuro erit: quia vt in pluribus futura. id eſt ea que ordinant̄: vt fiant magis fiunt q̄ȝ non: pōt eni̅ eē q̄ futurus quis incedere nō incedat: ſed vt in pluribus futurus incedere incedit. ¶ Notandū autem: q̄ refert aliqđ in voluntate eſſe: & eſſe in affectu & ira: quia voluntas nominat appetitum intellectiuū: affectus autē & ira: vt hic ſumunt̄: nominānt ſenſitiuū appetitū: ſiue aliquid ſit futurū: ſm̄ appetitū ſenſitiuū: vel ſm̄ itellectiuū: ſemper ꝓbabiliter poſſumus arguere: q̄ fiet. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et ſi perfecta ſūt quecūqȝ prius nata fuerāt fieri: puta: ſi nubes dēſant̄: veriſimile pluere.

¶ Ponit ſcđam. Dicit ſi perfecta ſunt quecūqȝ nata ſunt fieri prius: ꝓbabile eſt q̄ fiēt poſterius. puta ſi nubes denſantur: q̄ȝ denſatio nubiū eſt p̄ambulū & diſpoſitiuū ad pluuiam fieri: veriſimile eſt pluere. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et ſi qđ grā huius factū eſt: & hoc veriſimile fore. puta: ſi fundamentū & domus.

¶ Ponit tertiam conſiderationem. Dicit ſi factum eſt: qđ fit gratia huius: veriſimile eſt fore fiendū id: cuius gratia factum eſt. puta ſi factuȝ eſt fundamentū: veriſimile quod fiet domus. Differunt aūt he tres cōſiderationes. q̄ȝ p̄ma reſpicit cauſam efficientē. Scđa vero reſpicit cauſam diſponētem. Tertia aūt reſpicit cām finalē. ¶ Deīde cū. d.

¶ De magnitudine & p̄uitate negociorū: & maiori & minori: & totalr̄ de magnis & paruis ex predictis a nobis eſt manifeſtum. Dictum eſt eniȝ in deliberatiuis de magnitudine bonorum: & de maiori ſimpliciter & minori.

¶ Determinat de augumento: & de diminutione: que ſunt cōmunia omni negocio: appropriant̄ tamē exclamatiuis. Circa hec aūt duo facit: quia p̄ oſtēdit de talib⁹ fuiſſe dictū in p̄mo libro in caplo de deliberatiuis: propter qđ hic de eis nihil reſtat dicer̄. Scđo dat cāȝ: & aſſignat q̄re ſufficiāt dicta in p̄mo libro de maiori & minori: & non opȝ hic vlterius dicere. Scđa ibi. (Quare q̄ñ ſcđȝ.) Dicit ergo: q̄ de magnitudine & paruitate negotiorū: & de maiori & minori & totaliter de magno & paruo ex p̄dictis a nobis. i. ex his que dicta ſunt in primo libro manifeſta ſunt. Dictum eſt enim de deliberatiuis: de magnitudine bonorū: & ſimplr̄ de maiori & minori. ¶ Notandū autē q̄ magnitudo tripliciter poteſt ſumi. P̄io reſpectu ſui generis: & ſic dicitur

magnus homo:⁊ in genere hominū eſt talis. Scḋo dicit̃ magnum reſpectu alicuius rei ſpecialis.⁊ ſic prius homo in genere hominū poteſt eſſe magnus reſpectu alicuius alterius hominis. Tertio modo ſumitur magnitudo cōmuniter ad iſta. ideo dicendū qḋ eſt in p̄mo libro habitū de magnitudine ⁊ paruitate:quia ibi dictū eſt de magnitudine in genere:⁊ etiam habitum eſt de maiori ⁊ minori quia ibi dictū eſt de magno ⁊ paruo reſpectu alicuius rei ſpecialis. Et eſt dictū de magnis ⁊ paruis totalr̃:quia ibi dictū fuit de magnitudine ⁊ paruitate:vbi ſumuntur cōmuniter ad illa. ℂ Deinde cum dicit.

ℂ Quare ſm̃ vnamquāq; orationem propoſitus finis bonus eſt. puta conferens: honeſtū ⁊ iuſtum:qualiter illo ſumendum argumētationes omnibus. Propter hoc autē inquirere de magnitudine ſimpl̃r ⁊ eminentia eſt vane loqui:principaliora enim ad oportunitatē vniuerſalibus ſingularia rerū. De poſſibili quidem igitur ⁊ impoſſibili: ⁊ vtrum factum eſt: aut non factum eſt: ⁊ vtrum erit:aut non erit: adhuc autem de magnitudine ⁊ paruitate negociorum dicta ſint hec.

ℂ Aſſignat rationem quare ſuperfluum eſt dicere de magno ⁊ paruo:vltra id:quod eſt in p̄mo libro dicens:ꝙ ſm̃ vnāquāq; rōnem rhetoricam propoſitus eſt finis bonus. puta conferens quantū ad deliberatiuū:⁊ honeſtum quātum ad exclamatiuū:⁊ iuſtum quantū ad iudiciale. Manifeſtum ergo eſſe poteſt qualr̃ ſumendū eſt argumentationes omnibus de numero finiū. Cū ergo dictum fuit de augumentatione ⁊ diminutione reſpectu cuiuſlibȝ boni: inquirere de magnitudine:⁊ de eminentia ſimpl̃r eſt loqui vane:quia ad oportunitatē ſingularia ſunt principaliora vniuerſalibus. Videt̃ eni velle ph̃s:ꝙ ſuperuacuū eſt ad oportunitatem ⁊ vtilitatē rhetoricā determinare de aliq̄ cōmuniter:ſi ſit illud notū ſm̃ ꝓpria. ℂ Dubitaret tamē forte aliquis credens non eſſe verū quod dicitur:quia cū hoc determinauit ph̃s de perſuaſionibus communibus. ℂ Ideo notandū:ꝙ oīa cōſiderari poſſunt dupl̃r:vel ſimpl̃r:vel vt ſunt applicabilia ad facta ſingularia:nō ſpectat aūt ad rhetorē determinare de cōmunibus ſimpl̃r quocūq; modo. ſed determinat de eis vt ſunt applicabilia ad facta ſingularia:qḋ quō fit in p̄mo libro oſtenſū fuit. Cū ergo determinatum fuit ſupra de magno ⁊ paruo:ſm̃ qḋ eſt applicabile ad fines rhetoricos:ꝯſiderare ḋ eo ſimpl̃r vt non eſt applicabile ſuperuacuū eſt. ideo non ſpectat ad rhetorem alia dicere de magno ⁊ paruo q̄ ſunt in tractatu de deliberatiuis. ℂ Vltimo epilogat:ꝙ de poſſibili ⁊ impoſſibili: ⁊ etiā vtrum aliquid ſit factū:vel non factū ⁊ vtrū erit vel non erit quantū ad futurū:⁊ adhuc de magnitudine ⁊ paruitate negocioꝝ dicta ſint hęc: q̄ diximus.

Reliquum autē eſt de perſuaſionibus omnibus dicere:quoniā quidem dictum eſt de proprijs. Cōmunes autē perſuaſiones ſūt due exemplum: ⁊ enthimema. Snia enim pars enthimematis eſt.

ℂ In parte iſta ph̃s determinat de perſuaſionibus cōmunibus. Et duo facit:quia primo continuat ſe ad dicenda:⁊ enumerat quę ſunt perſuaſiones cōmunes. Secundo exequit̃ de intēto. Scḋa ibi. (Primo q̄dē igitur.) Dicit ergo: ꝙ quia dictū eſt de perſuaſionibus proprijs ſm̃ ꝙ ſpectat ad quolibȝ negociū rhetoricū: vt ſufficienter demus artē pſuadendi. Reliquū eſt dicere de perſuaſionibus.i.deſt de perſuaſionibus cōmunibus. Enumerat autem tales perſuaſiones dicēs:ꝙ pſuaſiōes cōmunes ſunt duę:exēplum ⁊ enthimema. Snia aūt licȝ ad perſuaſionē pertineat:tñ quia eſt pars enthimematis: vt infra patebit:in enthimemate claudit̃:ſicut pars reſeruat̃ in toto: ꝓpter qḋ ſententia nō facit tertiū genus perſuaſionis aliud ab exemplo: ⁊ enthimemate. ℂ Deinde cum dicit.

ℂ Primo quidē igitur de exemplo dicamus. Simile enim inductioni exemplum: inductio autem exemplum eſt.

ℂ Exequitur de intento. Et duo facit. quia exeq̄tur de exēplo. Scḋo de enthimematibus. Scḋa ibi. (De ſententiarū aūt propoſitione.) Circa primū tria facit:q2 primo deſcribit quid eſt exemplū. Scḋo diuidit ipſū. Tertio manifeſtat membra dicēs. Scḋa ibi. (Exemploꝝ aūt.) Tertia ibi. (Eſt autē exemplū.) Dicit ergo:ꝙ p̄mo vult dicere de exemplo: ⁊ deſcribit quid eſt exemplū dicens:ꝙ eſt ſimile inductioni qḋ quomodo ſit intelligendū in primo libro oſtenſum eſt. ℂ Deinde cum dicit.

ℂ Exemplorum autem ſpecies due ſunt. Vna quidē enim ſpecies exempli eſt dicere res prius geſtas. Alia autē ꝙ ipſi faciam⁹. Horū autem vnum quidem parabola. vnū aūt fabule: velut eſopice ⁊ lipice.

ℂ Diuidit exemplum dicens:ꝙ duę ſunt ſpēs exemploꝝ. nam vna ſpecies eſt dicere geſtas res.i. factas ſm̃ ꝙ ex factis p̄us argum⁹ q̄ſi per exempla. Alia ſpēs: quā per nos metipſos facimus:⁊ componimus:⁊ hęc diuidit̃:q2 vnum iſtorū dicit̃ parabola.i. ſimilitudo. Nā parabolice loqui eſt loqui ſimilitudinarie:⁊ probare aliquid per ſimile eſt ꝓbare illud per exempla. Vnū aūt.i. aliḋ eſt ſermo fabulę eſopicę:q2 Eſopus cōpoſuit fabulas: ⁊ lipicę: quę ſunt aliud genus fabularū. Nos eni ipſi componere poſſumus tam fabulas q̄ȝ parabolas. ℂ Deinde cum dicit.

ℂ Eſt autem exemplum quidem tale:ꝙ quemadmodum: ſiquis dicat:ꝙ oportet circa regē preparari: ⁊ non ſinere egyptum diripi.

ℂ Exequitur de membris diuiſionis. Et duo facit:q2 p̄mo exequitur de eis abſolute. Scḋo de illis reſpectiue. Scḋa ibi. (Sunt autem fabulę.) Circa primū tria facit ſm̃ ꝙ exemplū tripl̃r additur. nam p̄mo exequitur de exemplo prout eſt res geſta. Scḋo exequitur de parabola. Tertio exequitur de fabula. Scḋa ibi. (Parabola autem ſocratica.) Tertia ibi. (Fabula autem qualis.) Circa primum duo facit:quia primo pręmittit ꝙ debet oſtendi per exemplum. Scḋo adducit extra ad oſtendēdū illud. Scḋa ibi. (Etenim prius Darius.) Dicit ergo:ꝙ exemplū eſt tale: quēadmodum ſi quis dicat:ꝙ opȝ contra pręparari ⁊ non ſinere ęgyptum dirripi. ideſt non ſinere deſtruere ęgyptū aut aliquā aliam propriam ciuitatem. Iſta enim concluſio:quę debȝ probari per exemplū. vȝ.ꝙ ſi non reſiſtimus regi:ciuitas deſtruet̃. ℂ Notandū autem:ꝙ lȝ exemplū ſit triplex. vȝ. res geſta:⁊ ꝑabola:⁊ fabula:tamē per antonomaſiā res geſta dicitur exemplū:quia fabula ⁊ parabola non habent rationē exempli:niſi inquantū inſinuant ⁊ repręſentant res geſtas:vel inquātū a rebus geſtis ſumpſerunt originem. ideo cum ſine additamēto ph̃s loquit̃ de exēplis:intelligendū eſt de rebus geſtis. ℂ Dein. ⁊c.

ℂ Etenim prius Darius peruagatus eſt anteq̄ȝ ęgyptum

egypti caperet. Cūq; aūt cepiſſet p̄uagat᷒ eſt.

¶ Oſtendit per exemplū q̄ promiſerat probandum. Et duo facit: ſm̄ q̄ duo exempla adducit. Secunda ibi. (Et iterū.) Dicit ergo: q̄ Darius primus. idest Darius. qui preceſſit iſtum regem venturū: non prius anteq̄ caperet egyptū: eſt peruagatus deſtruēdo ⁊ diripiendo per egyptum ſed cum recepiſſet peruagatus eſt: bonum eſt ergo reſiſtere venturo regi: ne egyptum capiat: ⁊ peruagetur deſtruēdo ipſum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et iterū Xerſes non prius diripuit anteq̄ caperet. Cum autem cepiſſet peruagatus eſt. Quare ⁊ ſi ceperit peruagabitur: propter q̄d non permittendum.

¶ Ponit ſecundū exemplū: q̄ Xerſes nō prius anteq̄ caperet ciuitatē eſt peruagatus deſtruendo ipſam: ſed cū cepiſſet peruagatus eſt: quare: ſi iſte cepit peruagare: propter quod non eſt permittendū cadere ciuitatē noſtrā. ¶ Notandū autem: q̄ ſicut adducta ſunt exempla ad oſtendendum: q̄ debemus reſiſtere: ne ciuitas capiatur: ita adduci poſſunt ad q̄ālibȝ aliā cōmunē cōſtitutionē. que diligēs orator ad cōeȝ itentū p̄bādū diligēter ingrat. ¶ Dei. ⁊c.

¶ Parabola eſt autē ſocratica: puta ſiquis dicat: q̄ non oportet ſorte electos principari.

¶ Docet de parabola ſiue ſimilitudine. nam p̄bare aliq̄d per ſimile eſt probare aliquid: quaſi per exēplū. Duo aūt facit: quia primo premittit: quod debȝ probari per ſimile. Scd̄o adducit ſimilitudines ad probandum illud. Scd̄a ibi. (Simile enī ſiquis.) Dicit ergo: q̄ parabola aūt ē ſocratica. idest parabolam ⁊ ſimilitudinē poſſumus cognoſcere: ſi aduertimus dicta Socratis. Dicebat enī Socrates: q̄ non opȝ principari electos ſorte. idest fortuitu: ſȝ electos arte. hoc autem probabat per parabolam ⁊ ſimilitudinem. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Simile enī ſiquis athletas ſorte inſtituat: q̄ non poſſunt decertare. ſed quecūq; eueniant.

¶ Adducit parabolā. Et duo facit: ſm̄ q̄ duas parabolas adducit. Scd̄a ibi. (Aut nautarū quoniam.) Eſt ergo prima parabola: q̄ permittere principare electos ſorte: ſȝ nō arte. ſimile eſt ac ſiquis inſtituat athletas. i. milites: qui non poſſunt decertare ⁊ debelare: ſed inſtituat eos ſorte: ⁊ quecūq; eueniant. idest fortuitu: ⁊ qualitercunq; contingat. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Aut nautarū aliquē: quē oȝ gubernare ſorte fiat tanq̄ oporteat ſorte tractū: ſed nō ſcientē.

¶ Ponit ſecundā parabolam: q̄ ſimile eſt permittere principari electos ſorte: ac ſi ſorte fiat. idest ſorte aliq̄s eligat aliquem nautarū: quem oporteat gubernare nauē: tāq̄ ſi oporteat: ⁊ deceat illum eſſe gubernatorem nauis: que contingit ſorte eſſe factum: ⁊ non oporteat ſcientē gubernare gubernatorem eſſe. ¶ Notandū autem: q̄ ſicut adducta eſt parabola ad oſtendendum q̄ principantes non debent eligi ſorte: ſic adduci poteſt ad quodlibȝ aliud negocium probandum. Has autem parabolas diligens perorator inquirat. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Fabula aūt q̄lis: que Steſichori ad Phallaridē ⁊ Eſopi de rectore populi.

¶ Determinat de fabula. Et duo facit: q̄ primo dat intentionem ſuam in vniuerſali. Scd̄o ſpecialiter exequit̄ q̄d promiſerat. Scd̄a ibi. (Steſicorus quidē.) Dicit ergo: q̄ fabula ē talis: qualis fuit illa: q̄ fuit Steſicori ad Phallaridē. idest ad quendam imperatorem: qui ſic vocabatur Phallaris: ſiue Phallarius. Steſicorus enī p̄ſuaſit p̄ quādam fabulam cuidā populo: q̄ non debent ſe ſubdere dominio imperatoris: ⁊ talis etiam fuit fabula Eſopi de rectore: perſuaſit quidem Eſopus per quandā fabulam quibuſdam gentibus: q̄ non deberent occidere dominum: ⁊ rectorem ſuum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Steſicorus quidē enim eligētibus Mereis ducem exercitus imperatorē Phallaridē: ⁊ daturis cautellā corp̄is cū nimiū diſſeruiſſet.

¶ Determinat de dictis fabulis. Et duo facit: quia primo narrat fabulam Steſichori. Scd̄o narrat fabulam Eſopi. Secunda ibi. (Eſopus autem in Samo.) Circa p̄mū tria facit: quia p̄mo premittit illud: p̄pter q̄d fabula adducitur. Scd̄o ipſa fabula deſcribitur. Tertio ad propoſitū adaptatur. Scd̄a ibi. (Dixit eis fabulā.) Tertia ibi. (Ita aūt ⁊ vos.) Dicit ergo q̄ Steſicorus. idest ille concionator gentibus morantib᷒ in Mereis. idest in illis partibus eligētibus imperatorē Phallaridē: ſiue imp̄atorē: q̄ vocabat Phallarius: ⁊ ducem exercitus: ⁊ daturis dicto imperatori cautelam corporis: cum dictus concionator multa dixiſſet: ⁊ oſtendiſſet multis cauſis: q̄ dictus populus nō deberet ſe ſubdere dominio imperatoris: ⁊ non deberent ei dare cautelā corporis: vt quandocūq; imperator vellet poſſet corpora eorum punire: vt dictus populus magis inclinaretur ad hoc faciendum: propoſuit eis quandam fabulam. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Dixit eis fabulam q̄ſi equus obtinebat pratum ſolus: adueniente aūt ceruo: ⁊ corrumpēte paſcua: volēs punire ceruū īterrogabat hominem: quemadmodum ſi poſſet cū ipſo punire ceruum. Ille autem ait. Si acceperit frenum: ⁊ ipſe aſcenderit ſuper eum habens lanceam. Cum conſenſiſſet autē: ⁊ aſcendiſſet p̄ eo vt puniret: ipſe ſeruiuit iam homini.

¶ Narrat dictam fabulam dicens: q̄ quidā equus ſolus obtinebat pratum: ſuperuenit quidam ceruus corrūpens paſcua equi. Indignatus equus voluit punire dictum ceruum: ⁊ acceſſit ad quendā hominem interrogans eum. ſi poſſet cum eo punire ceruum: ille reſpondit: q̄ ſi equus acciperet frenum: ⁊ ipſe homo aſcenderet ſuper eum habens lanceam in manu: q̄ puniret ceruum. Cum autem equus conſenſiſſet: ⁊ homo aſcendiſſet ſuper eū: vt puniret ceruū: equus ſeruiuit de cetero homini. Nam poſt victoriam cerui: homo non dimiſit equū liberum. ſed captū per frenū duxit eū ip̄m ad ſtabulū. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Ita autē ⁊ vos ait: videte ne volētes aduerſarios punire: idem patiamini cum equo. Frenum quidem enim habetis iā eligentes ducē exercitus imperatorē. Si autem cautelā dederitis ⁊ ſup̄gredi ſineritis ſuietis iā Phallaridi.

¶ Adaptat fabulam ad propoſitum dicens: ita ⁊ vos videte. idest diligenter conſiderate: ne volētes aduerſarios punire patiamini: q̄d paſſus eſt equus. ſcilicȝ ſitis ſeruientes poſt imp̄atori: ſicut equus ſeruiuit homini. ideo ſubditur quaſi eligentes imperatorem eſſe ducem exercitus: eo ipſo iam habetis frenum ⁊ capiſtrū in collo. Si ergo dederitis cautelam corporis faciendo imperatorem cautū: habendo de corporibus noſtris rectam: ⁊ firmā poſſeſſionem: ⁊ ſineritis dictum imperatorem gradi ſuper vos: iā ſeruietis Phallaridi. idest eritis aliquid imp̄atoris: q̄ vocatur Phallarius: ſiue Phallaris.

E Sopus autez in Samo populuz alloquens cum iudicaretur rector populi ad mortem ait.

℄ In parte iſta adducitur fabula Eſopi. Et tria facit. naz primo proponit id: ꝑ quo fabula adducitur. Scdo fabulã deſcribit. Tertio eaz adaptauit ad propoſitũ. Scda ibi. (Uulpẽ.) Tertia ibi. (Ita ⁊ vos viri.) Dicit ergo: ꝙ Eſopus in Samo. idest in partibus illis: cũ duceretur rector populi ad mortẽ allocutus fuit populũ: ⁊ oſtẽdit: ꝙ nõ debebat dñz ⁊ rectorem ſuũ occidere adducẽs ad ꝓpoſitũ oſtendendo quandã fabulam. ℄ Deinde cum dicit.

℄ Uulpem tranſeuntem fluuium propulſam fuiſſe in lacunam: cũ non poſſet exire multo tẽpore affligebat: muſce canine multe herebãt ei. Erricius aũt errãs vt vidit ipſaz miſtus eſt ei: īterrogauitq; eã ſi auferat ab ipſa muſcas caninas: auferre eũ autem non permiſit. Querẽti autẽ ꝓpter quid: dixit: quia iſte quidẽ iaz de me plene ſunt: ⁊ modicum trahunt ſanguinẽ. Si autem has abſtuleris: alie venientes famelice epotabunt inde reliquum ſanguinem.

℄ Narrat fabulam: ꝙ quędam vulpis tranſibat fluuium quę impulſa fuit in quandã lacunã. Et cũ non poſſet de illa lacuna exire. affligebat ibi exiſtens mlto tẽpore: ⁊ multe muſcę caninę. i. multę ſanguiſugę: ſiue multe arũ dine s vt hʒ alia littera adherebant ei: cõſuetudo eni eſt ꝙ in lacunas ſunt multe ſanguiſugę. Cuz aũt ſic affligeret dicta vulpis: erricius errans caſu vadens per viam illam vidit dictam vulpem: ⁊ miſerens ei interrogauit eam: ſi vellet ꝙ auferret ab ea muſcas caninas adhęrẽtes ſibi: illa aũt nõ permiſit: quęſiuit erricius quare nollet. Reſpõdit vulpes iſte ſanguiſugę iam ſaturatę ſunt: ⁊ plenę de meo ſanguine: ⁊ modicũ ſanguinẽ trahũt. ſi aũt abſtuleris: veniẽt alię famelicę: ⁊ potabunt quicquid ſanguinis remãſit mihi incorpore. ℄ Deinde cum dicit.

℄ Ita ⁊ vos viri Samij. iſte qdez nihil amplius nocebit: diues eni ẽ. Si aũt occideritis: alij veniẽt paupes: q vos abſorbebũt reliq̃ furãtes.

℄ Adaptat fabulã ad propoſitũ dicens. O vos viri qui habitatis Sami. Iſte dñs veſter: quez vultis occidere: nihil amplius nocebit vobis. diues eni eſt: ⁊ eſt ſatur de rebus veſtris. ſi aũt occideritis ipſum: venient alij pauperes famelici: qui abſorbebũt reliqua vr̃a bõa. ℄ Deide cũ diẽ.

℄ Sunt autẽ fabule concionales: ⁊ habent bonum hoc: quia negocia quidẽ inuenire ſimilia facta difficile: fabulas aũt facilius. Facere enĩ opʒ ſicut ⁊ parabolas: ſicut poterit ſimile videre: qđ qdem videre facere eſt ex philoſophia.

℄ Determinat de exemplis per reſpectũ ad alia. Et tria facit: quia ṗmo comparat fabulam ad parabolã. Scdo comparat fabulam ad exemplum de enthimema. Scda ibi. (Faciliora quidẽ igit.) Tertia ibi. (Opʒ ãt vti exẽplis.) Dicit ergo: ꝙ fabulę ſunt ꝯcionales: ſunt enĩ vtiles: vt adducant in conſilijs: habent enĩ hoc bonuz: ꝙ negocia ⁊ geſta: ſiue facta inuenire ſimilia in propoſito eſt difficile: fabulas aũt inuenire ſimilr: ⁊ parabolas inuenire eſt facile. Eſt ergo hic cõparatio inter fabulã ⁊ parabolaz: ꝙ vtrãq; eſt inuenire facile. Dicit enĩʒ aliquẽ inuenire parabolas ⁊ fabulas: ſicut poterit videre ſimile ad ꝓpoſitum. hoc autez põt facere ex phĩa ex arte poetica: vel ex arte: vbi traduntur fabulę ⁊ parabola. Nã vt dicit in ṗmo metaphyſicę amator fabularũ quodãmodo phs eſt. ℄ Deinde cuz dicit.

℄ Faciliora quidez igitur acquirere ea: que per fabulas: vtiliora quidẽ ad ꝯſiliari que ꝑ negotia. Similia eni vt in pluribus futura factis.

℄ Comparat fabulam ad exemplũ dicens: ꝙ acquirere ⁊ probare ea: quę volumus ſunt faciliora talia probanda ꝑ fabulas: ſed vtiliora ſunt ad conſiliari argumẽta ⁊ perſuaſiones: q̃ fiunt ꝑ negocia geſta. nã geſta dicũt aliqđ factũ vt in plſibus futura ſunt ſimilia factis. ℄ Deinde cũ diẽ.

℄ Oportet autem vti exemplis non habentem quidem enthimemata tanq̃ demonſtrationibus: perſuaſio eni per hec. Hñtẽ aũt ⁊ tanq̃ teſtimonijs poſt orationẽ vti enthimematibus.

℄ Comparat exemplũ ad enthimema. Et duo facit: quia primo pręmittit quod intendit. Scdo comparat quod dixerat. Scda ibi. (Propoſita quidem igit.) Dicit ergo ꝙ non habentẽ enthimema opʒ vti exẽplis tanq̃ demõſtrationibus. Nam perſuaſio fit per hęc. idest per exempla: ꝓpter quod ſi nõ habeamus enthimemata: exempla ſe habebunt q̃ſi demõſtrationes ⁊ probationes. habentẽ vero enthimemata opʒ vti exemplis tanq̃ teſtimonijs. nã vtẽtem enthimematibus oportet adducere exẽpla poſt orationem. ℄ Deinde cum dicit.

℄ Propoſita quidem enim aſſimilantur inductionibus Rhetoricis aũt non cõueniens inductio preterq̃ in paucis.

℄ Manifeſtat qđ dixerat. ⁊ duo facit ſm qđ duo pręmiſerat. Nam primo oſtendit: ꝙ ſi habeamus enthimemata non debemus pręmittere exempla. Scdo oſtendit ꝙ debemus ea ꝑponere. Scda ibi. (Dicta autẽ poſtũt.) Dicit ergo ꝙ exempla prępoſita ante enthimemata aſſimilantur inductiõibus. Eſt eni enthimema quidã ſyllogiſmus: exẽplificare aũt in aliquibus: ⁊ poſtea formare ſyllʒ eſt nihil aliud q̃ probare aliqđ ꝓpoſitũ in ſyllo poſitũ per inductionẽ. Rhetoricis autẽ non eſt conueniẽs inductio ꝑterq̃ in paucis: eſt eni exemplũ ſimplr: ſed exempla: qđ eſt inductio in paucis. Eſt eni exemplũ quędaʒ defectiua inductio: ſicut enthimema eſt quidã defectiuus ſyllũs. Deficit autẽ ab inductione: quia inductio fit in omnibus. exẽplum autez in vno: vel in paucis. Si ergo rhetor non dehʒ vti inductione: ſed exemplo: cuʒ exempla prępoſita enthimematibus habeant rationẽ inductionis: non debet pręponere exempla enthimematibus. ℄ Deinde cum dicit.

℄ Dicta autem poſt aſſimilãtur teſtimonijs: teſtis aũt vbiq; perſuaſiuus: ꝓpter qđ ⁊ preponenti quidem neceſſe multa dicere: dicenti aũt poſt: vnde ſufficiens teſtis eſt: credibilis etiaz vnus oportunus. Qđ quidẽ igit ſpẽs exẽplorum: ⁊ qualiter ipſis: ⁊ q̃n vtendũ dicenduz.

℄ Oſtendit ꝙ debet pręponere ipſa exempla enthimematibus dicens: ꝙ exempla dicta poſt enthimemata aſſimilantur teſtimonijs. Teſtiſq; vbiq;. idest vniuerſalr in rhetorica eſt perſuaſiuus. ⁊ inde eſt ꝙ ſi pręponimus exẽpla enthimematibus: opʒ nos multa exempla dicere. Nã inductio fit in multis idiuiduis: vel etiã in omnibus: ⁊ ſic ordinata exempla habent rationẽ inductionis. ſed ſi dicimus exempla poſt: ſufficit dicere vnum ſoluz: qr ſic ordinatum exemplum habet rationẽ teſtimonij: nihil enĩʒ eſt

ad formare prius rationem: ⁊ entbimema: ⁊ poſtea adducere exemplum inducendo aliquã rem geſtam q̃ confirmare per teſtem: q̃d per ratione probauimus. Eſt enim res geſta ſic ordinata. Quidã ẽ teſtis affirmans noſtrum ꝓpoſitum. Teſtis autẽ optimus etiã ſi ſit vnus: eſt aliquo mõ credibilis: ⁊ quandã perſuaſionẽ aggenerat. ¶ Ultio epilogat quot ſũt ſpecies exemplorũ: ⁊ qualr ipſis exemplis eſt vtendum: ⁊ quando dictum eſt.

De ſententiarũ autem ꝓpoſitione dico quid eſt ſentẽtia maxime fiet manifeſtum de quolibet: que: ⁊ quando: ⁊ quibus cõgruit vti ſententijs in orationibus.

¶ Poſtq̃ determinauit phs de exẽplis in parte iſta determinat de entbimematibus. Et duo facit: quia primo determinat de entbimematibus in ſe: ⁊ quãtũ ad ſuas partes: ⁊ quantũ ad ſua ꝑncipia: in quo iſtruit opponentẽ ⁊ arguentẽ. Scđo docet ſoluere argutiones factas: ⁊ entbimemata ꝓpoſita: in quo docet ipꝫ rñdentẽ ⁊ opponentẽ. Nã ſicut dialectica verſat̃ iter rñdẽtẽ ⁊ opponentem ſpectat ad dialecticũ vtrũqꝫ inſtruere: ſic rhetorica verſatur inter arguentẽ ⁊ reſpondentẽ: ⁊ ſpectat ad rhetorem vtrũqꝫ inſtruere: ꝓpter q̃d non ſolũ rhetor debet docere qualiter ſit vtendum entbimematibus: ſed etiam debꝫ doctrinã tradere qualiter ſunt ſoluẽda entbimemata propoſita. Scđa pars ibi. (De ſolutione aũt habitũ.) Circa primũ duo facit. Nam primo determinat de entbimematibus veris. Scđo de apparentibus. Nam ſicut eſt dare obligationes in ſyllogiſmis dialecticis: ſic eſt dare obliquitates in entbimematibus rhetoricis. Scđa pars ibi. (Quõ autem contingit.) Prima pars diuiditur in partes tres. Nam entbimema tripliciter põt conſiderari. Prĩo ſm ſuas partes: ⁊ ſic pręmiſſe ⁊ cõcluſiones: quę ſunt partes eius: pertinent ad entbimemata. Unde quia ſnię: vt in proſequẽdo patebit: ſunt pręmiſſę: aut concluſiones entbimematũ: ſunt partes entbimematis: ⁊ determinare de ſentẽtijs: eſt determinare de entbimemate quantũ ad ſuas partes. Scđo modo poteſt ꝯſiderari entbimema ſm ſe. Tertio modo poteſt ꝯſiderari ſm ſua ꝑncipia ſm q̃ loci ſunt ꝑncipia ⁊ elementa entbimematũ. Primo ergo determinat phs de ipſis ſententijs: ſiue de entbimemate ſm ſuas partes. Scđo determinat de entbimematibus ſꝫ ſe. Tertio determinat de locis: ſiue determinat de entbimemate quantũ ad ſua ꝑncipia. Scđa ibi. (De entbimematib⁹.) Tertia ibi. (Elnta aũt entbimematũ.) Circa primũ duo facit: qꝛ primo pręmittit intentionẽ ſuam. Scđo exequit̃ de intento. Scđa ibi. (Eſt aũt intentio.) Dicit ergo q̃ q̃d eſt ſententia: manifeſtũ erit de ꝓpoſitione ſententiarũ: de q̃libꝫ re: quę: ⁊ quãdo: ⁊ quibus cõgruit vti ſentẽtijs in orationibus. ideſt cum orant ⁊ perſuadent. Nõ enim ſpectat ad quãlibꝫ orationẽ vti ſentẽtijs: nec in oratiõe cuiuſlibet eſt ſententia ponẽda. ¶ Ad intelligentiã aũt dictorũ ⁊ dicendorum notandum: q̃ ſnia in agibilibus ſe habꝫ quaſi diffinitio in ſpeculabilibus. nã ſicut diffinitio diffinit ipm diffinitũ: ſic ſnia terminat ⁊ diffinit ipſum agibile. vnde ⁊ cõmuniter inoleuit: q̃ quãdo aliqd eſt ſententiatũ: dicit̃ illud eſſe diffinitũ. Naꝫ ſnia quędã diffinitio eſt. inde eſt etiam q̃ facta aliorũ diſponẽtes ⁊ ſententiãtes quid fieri debeat: diffinitores appellãt̃. Qꝛ ergo ſentẽtia ſe tenet ex parte agibiliũ: ſic diffinitio ex parte ſpeculabiliũ: cũ in ſpeculabilibus vtamur ſyllo tanq̃ proprio inſtrõ. In agibilibus autem ⁊ perſuaſibilibus vtamur entbimemate: quia dialectica magis deſcendit in artes ſpeculatiuas: rhetorica vero in politicam: ⁊ negociatio circa mores: ſicut cõparabitur ſententia ad entbimemata: ſic diffinitio ad ſyllogiſmũ. ſicut ergo in primo poſteriorũ diſtinguit̃ triplex diffinitio: qꝛ diffinitio eſt ꝑncipiũ ſylli demõſtratiui: vt diffinitio formalis: quędam vero eſt econuerſo: vt mãlis: quędã vero eſt tota demonſtratio differens poſitione vt diffinitio cõplectens vtrũqꝫ: ſic etiã poſſet diſtingui triplex ſnia quia quędã ſnia eſt ꝑncipiũ entbimematis: quędã vero eſt cõcluſio: quędã vero eſt totũ entbimema poſitiõe differẽs. nã cum ꝓponit̃ aliqua ſentẽtia dubia: ⁊ habet cauſam. illa eſt concluſio entbimematis. Si vero ꝓponat̃ ſnia: quę ſit cauſa illius: illa erit principiũ entbimematis. Si autẽ ambe ille ſnię coniungant̃: ⁊ fiat vna ſnia vtrãqꝫ cõtinens: talis ſnia erit totũ entbimema poſitiõe differens. naꝫ tota virtus entbimematis reſeruabit̃ in tali ſnia. Differt tñ talis ſnia ab entbimemate poſitiõe ⁊ ordine: qꝛ nõ erit ordinata ad modũ entbimematis. ¶ Deinde cũ d.

¶ Eſt autem ſentẽtia enunciatio non de ſingularibus: neqꝫ de oĩbus vlib⁹. puta qualis quis Iſocrates: ſꝫ de vniuerſalibus: puta q̃ rectũ curuo cõtrariũ: ſꝫ de quibuſcũqꝫ actiones ⁊ eligenda: aut fugiẽda ſunt ad operari.

¶ Exequitur de intento: ⁊ duo facit: quia primo diffinit q̃d eſt ſnia. Scđo ex diffinitione data: manifeſtat q̃d ꝓpoſuerat. Scđa ibi. (Quare q̃ñ entbimemata.) Dicit ergo: q̃ ſnia eſt enunciatio nõ de ſingularibus. puta qualis eſt: q̃ eſt Socrates: ⁊ Calias: ſed de vlibus. Et huius enũciatio nõ eſt de oĩbus vlib⁹. puta q̃ rectũ ꝯriũ curuo: quia talis magis pertinent ad ſpeculationẽ: ſed eſt de his: de quibus ſunt actiones: vt de his: quę ſunt eligenda: aut fugiẽda ad operari: quaſi dicat ſententia eſt vniuerſalis enunciatio de agibilibus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quare quoniã entbimemata ſunt: qui de talibus ſyllogiſmus fere concluſiones entbimematũ: ⁊ ꝑncipia allato ſyllo ſunt ſententię.

¶ Manifeſtat quę propoſuerat: ⁊ tria facit: qꝛ prĩo oſtẽdit quales ſunt ſententię: ⁊ quę qꝛ ſunt partes entbimematũ. Scđo manifeſtat quibus hoĩbus competit vti. Tertio declarat q̃ñ eſt vtendũ ſententijs. Scđa ibi. (Cõgruit autẽ ſentẽtias.) Tertia ibi. (Uniuerſalr aũt maxime.) Circa primũ duo facit: qꝛ primo oſtendit quõ ſe habent ſententię ad entbimemata. Scđo aſſignat quot ſunt ſpẽs ſentẽtiarũ. Scđa ibi. (Si itaqꝫ eſt ſnia.) Circa primũ duo facit: quia primo pręmittit q̃d intendit. Scđo manifeſtat quod dixerat per entbimema. Scđa ibi. (Puta opꝫ non q̃ñ.) Dicit ergo: q̃ qꝛ entbimemata ſunt ſylli de talibus. ideſt de agibilibus: ⁊ de his: quę ſunt circa mores ſnię: quę ſunt enũciationes de huiuſmõi agibilibus fere ſunt ꝯcluſiones entbimematũ: vel ꝑncipia ſyllo allato. Dicit aũt fere q̃ ſententię nõ ſemper ſunt ꝑncipia entbimematis tñ: vel etiã cõcluſiones: ſed aliq̃ñ ſunt totũ entbimema: vel huius fere. ideo appoſitum eſt: qꝛ ſi eſt in ſyllo: quędaꝫ ꝑncipia ſm ſubam ingrediunt̃ ſyllm demonſtratiuũ: quędã vero ſm virtutẽ ſolũ: vt cõmunes animi cõceptiones: ſic etiã dicere poſſumus in ſentẽtijs: q̃ quędã ĩgrediunt̃ entbimema ſm ſubam: quędã vero ſm virtutẽ ſolũ. Ingrediẽtia autẽ ſm virtutẽ tantũ non ſunt partes entbimematis: nec enĩ ſunt pręmiſſe: neqꝫ ꝯcluſiones. Accipiendo ergo ꝑncipia entbimematis pro ipſis pręmiſſis tales ſententię nec ſũt ꝑncipia: neqꝫ cõcluſio entbimematis. Dicit ẽt allato ſyllo quia huiuſmõi ſententię quantũcunqꝫ contineant rationem entbimematis: auferatur tamẽ ibi ſylls: qꝛ non eſt ibi ordo ſyllogiſticus debitus. ¶ Deinde cuꝫ dicit.

¶ Putas oꝛ non qñ qui ītegre ſapit vir aptus natus eſt pueros ſuperflue edoctos eſſe ſapiētes. Hec quidē igitur ſentētia: appoſita enim cauſa: ⁊ eo qd ꝑpter qȝ enthimemata eſt ipſū totum. puta ſeoꝛſum enim aliud habētes ociū a ciuibus inuidiā inueniūt infinitā: ⁊ hoc ſicut eſt vir: qui in omnibus felicitetur.

¶ Exemplificat de hmōi ſententijs. Et duo facit ſm ꝙ du pliciter exemplificat. Scḋa ibi. (Et hoc non eſt viroꝝ.) Dicit ergo: ꝙ ſentētia eſt iſta. puta ꝙ vir: qui qñ integre ſapit: non eſt aptus natus ciuibus: ⁊ neſcit ſe intromittere de factis politicis: putas nec ꝑpter hoc pueros edoctos ſuperflue ſapientes eſſe: quaſi dicat non: debet littera legi ſuſpenſiue. non enim ſm ſcientes ſunt apti nati ciuibus. ꝑpter hoc pueri ſuperflue docent̄. Igr̄ iſta ſententia eſt ꝯ enthimematis: ſed appoſita cauſa ⁊ dicto eo: ꝑpter quod erit enthimema totū differens ſitu ꝉ poſitione. Cauſa aūt pr̄dicte ſententię eſt ꝙ hoīes aliqd habentes ocium: inueniunt a ciuibus. i. deſt reſpectu ciuiū inimica inuidiā. nam non inſudantes ſtudio: ⁊ vacantes circa alia contingit ciues inuidere eis: ⁊ ipſos inuidere alijs ciuibus: ſed ſi dant hoīes operā ſapię: vitat̄ inuidia ⁊ inimicitia. Eſt ergo vna ſentētia: ꝙ non eſt ſuperfluum ſapere. ⁊ hęc eſt concluſio enthimematis. Alia ſentētia ꝙ per ſapiam vitatur inimica inuidia: ⁊ hoc eſt pncipiū. ſi autem totum cōiungit̄ erit totū ⁊ enthimema poſitione differens. ¶ Deīde cū dicit.

¶ Et hic non eſt viroꝝ qui ſit liber. ſententia cum habito: aut enthimema quoddā: aut pecuniarum ſeruus eſt: aut foꝛtune.

¶ Ponit aliud exemplū. vȝ. ꝙ iſta eſt vna ſententia: quia non eſt vir: qui oībus felicitet̄: ⁊ non eſt aliquis de nūero viroꝝ qui ſit liber. Tales autē ſententię ſunt cōcluſio enthimematis: ſed ſi ſunt habito: ſiue cum habita ſententia cauſa ⁊ ratio erit enthimema quoddā. i. deſt totū. Cauſa aūt quare nullus eſt liber: ⁊ nullus oīno fęlicitat̄ eſt: quia vel eſt ſeruus pecuniarū: ſi ſit diues: vel eſt ſuus foꝛtunę: ſi ſit infoꝛtunatus ⁊ pauper. Si ergo hoc totū coniungat̄: ⁊ dicatur: ꝙ nullus eſt oīno liber: nullus eſt oīno fęlix: qꝛ quilibȝ: vel eſt ſeruus pecunię: vel foꝛtunę: erit totū enthimema poſitione differens.

Si itaqȝ eſt ſentētia qȝ dictū eſt: neceſſe quattuoꝛ ſpēs eſſe ſententie.

¶ In parte iſta oſtendit phs: quot ſūt ſpecies ſentētię. Et duo facit: qꝛ pmo dicit q̄ttuoꝛ eē ſpēs ſnię. Secūdo maīfeſtat illas quattuoꝛ ſpēs. Scḋa ibi. (Aut eni cū poſt locutionem.) Dicit ergo: ꝙ ſi ſnia eſt enunciatio vniuerſaliter de agendis ſm ꝙ prius dictum eſt: neceſſe eſt eſſe q̄ttuoꝛ ſpecies ſentētię. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Aut enim cum poſtlocutionem erit: aut ſine poſtlocutione. Declaratione quidē indigētes ſunt. Quecūqȝ inopinatū aliquid dicunt: aut dubium. Quecūqȝ autem nihil opinatū ſine poſtlocutione.

¶ Oſtendit quę ſunt iſte quattuoꝛ ſpēs. Ad cuius euidētiā notandū: ꝙ ſententia pꝛima facie diuiditur in duas ſpēs. nam quędam indiget poſtlocutione. quędā vero qꝛ de ſe manifeſta eſt poſtlocutione non indiget: quelibet tamen iſtarū ſpecierū cōtinet ſub ſe duas ſpēs: tam eni ſententia indigens poſtlocutione q̄ non indigens dupl̄r dicitur: pꝛ quod in vniuerſo ſentētię ſimpl̄r dictę ſūt quattuoꝛ ſpēs.

¶ Et notandū: ꝙ pōt ſententia dupl̄r diuidi. Pꝛimo per cōparationē ad enthimema: cuius poteſt eſſe ps: ⁊ ſic diuiditur ſentētia tripl̄r: qꝛ quędam eſt enthimematis pꝛincipiū: quędā vero concluſio. quędam aūt eſt totum enthimema poſitione differens. Et iſta diuiſio poteſt haberi ex habitis. Scḋo modo diuiditur ſententia per cōparationē ad diuerſas ſpecies eius: ⁊ ſic diuidit̄ in quattuoꝛ ſpecies: ſed ꝙ duę ſententię indigent poſtlocutione. duę aūt non. Et ſm hunc modū determinat̄ de ſententia in hac parte: circa qȝ duo facit: qꝛ pꝛimo oſtendit aliquā ſententiam indigere poſtlocutione: aliam vero nō. Scḋo docet de vtraqȝ tali ſentētia diuidēs quālibȝ in duas ſpēs. Scḋa ibi. (Duarū autē neceſſe.) Dicit ergo: ꝙ ſententia aut erit cum poſtlocutione: alia littera hȝ: aut erit cum pꝛęmiſſione ſermonis: ⁊ in idem redit. Nam oīs ſentētia: vel eſt dubia: vl̄ eſt certa: ſi eſt dubia: indiget declaratione: ⁊ huius declaratio poteſt ꝑponi ſententię: ⁊ tunc erit pꝛęmiſſio ſermonis: vel poteſt poſtponi: ⁊ tunc erit poſtlocutio. ideo ſubdit̄: ꝙ ſententię indigentes declaratione ſunt illę: quę dicunt aliqd inopinatum vel aliqd dubiū: ⁊ tales egent poſtlocutione aut pꝛęmiſſione ſermonis: quęcūqȝ aūt nihil inopinatum dicunt: ſunt pꝛoferentes ſine poſtlocutione: ſiue ſine pꝛęmiſſione ſermonis: vt hȝ alia lr̄a. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Harum autem due ſpēs. has quidē: quia pꝛecognite ſunt nihil indigere poſtlocutione: puta viro aut ſanū quidē eē optimū eſt: vt nobis videtur. videtur quidē eni multis ita. Has aūt ſimul dictas manifeſtas eſſe attendētibus. puta nullus amatoꝛ: qui non ſemper amat.

¶ Diuidit tas ſententias non indigentes poſtlocutione q̄ indigentes. Et duo facit: quia pꝛimo facit qȝ dictum eſt. Scḋo ſpecial̄r determinat de ſentētijs dubijs. Scḋa ibi. (De dubijs quidē eni.) Circa pꝛimū tria facit: quia pꝛimo oſtendit duas eſſe ſpecies ſententię non indigētes poſtlocutione. Scḋo oſtendit etiam eſſe duas ſpecies indigētes poſtlocutione. Tertio cōcludit manifeſtum eſſe ex dictis quot ſunt ſpēs ſententię: quia quattuoꝛ. Scḋa ibi. (Eoꝝ aūt quę tamē.) Dicit ergo: ꝙ harū. ſcȝ ſententiarū nō indigentiū poſt locutione duę ſunt ſpecies. nam has. i. quaſdā ſentētias dicimus nihil indigere poſtlocutione: qꝛ pꝛęcognitę ſunt: vt quia omnibus videnī̄ tales: puta optimum eſſe viro eſſe ſanū: vt videt̄ nobis. nā multis imo fere oībus ita videt̄. vȝ. ꝙ ſanū eſſe ſit quid optimū. Has autē idest alīs ſnias dicimus non indigere declaratione: qꝛ contingit eas: vel dictas ſimul manifeſtas eſſe attendentibꝰ. Et his qui volunt intendere circa illas. puta nullus amatoꝛ: qui non ſemper amat. idest qui non ſemꝑ ꝑponit amare. Eſt eni de ratione veri amoꝛis: ꝙ ſit firmitas in ꝑpoſito: vel ſicut alia littera habet: nullus deſiderans: qui non amat: qꝛ de ratione deſiderij eſt: ꝙ pꝛęſupponat amoꝛem: Differunt aūt hę duę ſententię: quia pꝛima: vt ꝙ ſanitas ſit quid optimū: non indiget declaratione ꝑpter nos: quia ex deſiderio: quod habemus ad ſanitatē: videt̄ nobis eſſe verum qȝ dicitur. Scḋa vero: vt quia deſiderans amet: non indigeat declaratione: quia ſumit̄ ratio ex parte ipſius rei

¶ Item notandū: ꝙ ſententię non indigentes poſtlocutione ſunt quaſi per ſe notę: vt quia quoddam eſt notum omnibus: quoddam ſapientibus: adeo ſunt duo genera talium ſententiarū. Pꝛima eni ſententia de ſanitate poteſt referri ad per ſe notum oībus. Scḋa vero de amoꝛe ad ꝑ ſe notum ſapientibus. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Earū autem: que cum poſtlocutione. Hec

quidem

quidem enthimematis ſunt: puta opʒ nõ quãdo integre ſapit. Hec autẽ enthimemate q̃dẽ enthimematis aũt pars. Que quidem ⁊ maxime approbantur.

¶ Oſtendit quot ſunt ſententię cum poſtlocutiõe. Et duo facit: quia primo oſtendit duas eſſe tales ſnias. Scḋo ſpecialr̃ determinat de altero membro. Scḋa ibi. (Sunt autem hęc.) Dicit ergo: ꝙ ſententiarũ cum poſtlocutiõe duę ſũt ſpẽs: quia quędam ſunt enthimematis: aut pars: quędam vero eſt totum enthimema poſitione differens: enthimematis aũt pars eſt ſententia: puta ꝙ non integre ſapit: qui ſapit quãdo. ideſt qui ſapit nuper. Unde alia littera habet ꝙ nunq̃. ideſt cõuenit eẽ quis nuper ſapiens: ſapiẽtia. n. ⁊ prudentia acquirit̃ per longũ tempus: ⁊ longã experientiam: non autem acquirit̃ nuper: nec ſtatiʒ q̃n vult homo ſed hęc. ideſt alię ſententię non ſunt enthimematis pars: ſed ſunt enthimematicę: quia ſunt totũ enthimema: ⁊ tales ſnię maxime approbantur. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sunt autem hec: ⁊ in quibus exprimitur dicti cauſa: velut in hac. Immortalẽ iram ne ſerues mortalis exiſtens. Dicere quideʒ eni non opʒ ſeruare iraʒ: ſentẽtia eſt. Quod aũt apponitur mortalem exiſtentẽ ꝑpter quid. Similr̃ autem ⁊ mortalia oportet mortalitatem non immortalia ſapere.

¶ Oſtendit quę ſunt tales ſnię dicens: ꝙ hę ſunt ille ſnię in quibus exprimit̃ dicta cauſa: velut apparet in hoc ſmone. Immortalẽ irã ne ſerues mortalis exiſtẽs. Dicere q̃dẽ ꝙ non oportet ſeruare irã imortalẽ: eſt ſnia: q2 eſt enthimematis cõcluſio: ſed qḋ apponitur mortalẽ exiſtenteʒ dicit: ꝑpter q̃d: ⁊ eſt ſnia enthimematis ꝑncipiũ: totũ vero coniunctũ eſt totum enthimema ſitu differens. Silr̃ autem eſt hęc ſnia: mortalia opʒ mortalẽ non imortalẽ mortalis ſapere. Qȓ aũt dicit̃ oʒ mortalẽ mortalia. ſcʒ ſapere: eſt enthimematis cõcluſio: ꝙ vero ſubditur: ꝙ nõ opʒ mortalia ſapere imortalẽ: ⁊ ꝙ mortalis non debʒ ſe erigere: ⁊ attingere imortalia: eſt enthimematis ꝑncipiũ. Eſt enĩ modus loquẽdi: ꝙ q̃ aliq̃d participat ⁊ attingit aliquid: dicitur ſapere illud ſicut mediũ ſapit: nãm extremorũ: q2 in medio aliquo modo reſeruãt̃ extrema: ſicut imortalia ſapiunt imortalẽ: ſi ſe erigũt ad ea: quę imortalibus competunt. Uel etiaʒ ex hoc mortales vident̃ inuidere imortalibus: ſi conant̃ ad ſciendũ imortalia. Cauſa vȯ q̃re mortalẽ non decẽt imortalia: q2 non debʒ ſe erigere mortalis ad ea: cũʒ non ſapiat nãm imortaliũ: nec participat imortalitate cũ ipſis. differunt prędicte due ſentẽtię. Nam q̃libet põt dici cum poſtlocutione aliter ⁊ aliter. nam ſententia: quę ẽ enthimematis ps: eſt cũ poſtlocutiõe rõne depẽdentię: q2 poſtlocutione indiget. Snia vero: quę eſt totuʒ enthimema eſt cũ poſtlocutione actu: q2 actu ei additur cum ⁊ poſtlocutione. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Manifeſtuʒ igitur ex dictis quot ſpecies ſententie: ⁊ circa quale vnaqueqʒ congruit.

¶ Cõcludit manifeſtũ eſſe ex dictis quot ſunt ſpẽs ſnię: q2 quattuor: ⁊ manifeſtũ eſt etiam circa quale conuenit eſſe vnaquęqʒ ſententia. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ De dubijs quidem enim: aut inopinatis nõ ſine priuatione: ſed aut premiſſa poſtlocutiõe ſententia vti: vt concluſione: velut ſiquis dicat ego quidem igitur: q̃m neqʒ inuidiã pati oportear: neqʒ ocioſum eſſe. Non dico opʒ erudiri: aut hoc prius dicenteʒ poſt dicere q̃ anterius.

¶ Determinat de dubijs ſentẽtijs ſpecialr̃: dubiũ aũt põt eſſe aliquid duplr̃. Primo ſi eſt inopinatũ: ⁊ indigẽs determinatione ⁊ cauſa. Scḋo ſi eſt imanifeſtũ: ⁊ indiget expoſitione. Duo ergo facit. Naʒ ꝑmo determinat de ſentẽtijs dubijs: quia ſunt iopinatę qḋ contingit cũʒ ipſa: vt ẽ ignota. Scḋo determinat de ſententijs dubijs: quia ſunt imanifeſtę qḋ contingit cum res non eſt ignota: ſed verba per quę profertur dicta ſnia ſunt obſcura: ⁊ indigent expoſitione. Et q2 non põt in plibus modis conſurgere dubitatio: niſi ex parte rei: vel ex parte ſermonis due ſunt ſpẽs ſniarũ dubiarũ. Scḋa ibi. (De dubijs autem: quę non ſunt.) Dicit ẽgȯ ꝙ de dubijs ſentẽtijs ⁊ iopinatis: ⁊ de ſententijs q̃ ſũt dubię: quia ſunt iopinatę. q2 nõ eſt nota ipſa res: de talibus non eſt loquendũ ſine poſtlocutione: ſed aut ꝑmiſſa poſtlocutione. ideſt declaratione. Accipit̃ enim hic poſtlocutio pro omni declaratione: debemus vti ſententia quaſi concluſione: velut ſiquis dicat: ego q̃dẽ igitur dico: q̃n nõ opʒ inuidiam pati: non opʒ ocioſum eſſe: dico. i. addo: non opʒ. i. non opʒ erudiri: vel vt hʒ alia littera: non opus eſſet doceri. Declaratio ergo q̃re non eſt. i. doceri ſuperfluũ eſt quia per ſapiam ⁊ doctrinã homo non eſt ocioſus: ⁊ nõ ſuſtinet inuidiã: quia ſapiens non inuidet alijs: ⁊ ſcit ſe ſic regere: ꝙ alij non habent cauſam inuidendi. igit̃ ordinãdo ſic ſermoneʒ ſm ordinẽ pretactũ: prius pręmittitur declaratio: ⁊ poſtea ſequitur ſentẽtia. Poſſet etiã fieri ecõuerſo q2 ꝑus diceretur ſnia: ⁊ poſt dicerent̃: quę dicta ſunt anterius: vt declaratio. ¶ Dinede cum dicit.

¶ De his autem: que nõ inopinate: imanifeſte autẽ appoſita ꝑpter quid euidentiſſimũ. Congruũt autẽ in talibus ⁊ laconica dicta ⁊ enigmatica: puta ſi quis dicat qḋ quideʒ Stheſicorus in Locris dixit: ꝙ non opʒ cõtumelioſos eſſe quatenus non cicade de ſubtus cantant.

¶ Determinat de alia ſpecie ſententiarũ dubiarũ dicens: de his. i. de alijs ſententijs dubijs: quę non ſunt dubię: q2 ſunt inopinatę: vt quia ignoretur ipa res: ſed ſunt tales: q2 ſunt manifeſtę: q2 ſunt obſcura verba. In talibus autem appoſito: ꝑpter quid. i. addita cauſa: fiet elucentiſſimum quod dicitur. nam cauſa addita elucidat ſermonẽ obſcurũ. Addit autẽ: ꝙ in talibus ſermonibus cõgruit. i. concurrunt dicta laconica. i. enigmatica. Unde alia littera habʒ hũc modũ ſermonũ paradigma ⁊ enigmatica. Naʒ ſmones ficticij ⁊ parabolici ex ipſo modo loquendi ſunt dubij quantũcũqʒ contineant rem certam. puta ſiquis dicat: ꝙ Stheſicorus quidem in Locris. i. in illis partib⁹ dixit: ꝙ non opʒ cõtumelioſos eſſe quatenus cicadę non cantant de ſubtus. i. patientes iniuriaʒ non murmurent de nobis. cicadas autem cantare de ſubtus eſt verbum enigmaticum qḋ declarat̃ ex eo qḋ additur non: ꝙ nõ oportet contumelioſos eſſe. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Congruit autem ſententias loqui etate ſeniorem. De his aũt: de quibus expertus quis eſt. Ut hoc quideʒ non tantũ exiſtentẽ ſententias loqui indecens: ſicut ⁊ michologizare.

¶ Oſtendit quibus congruit ſententias loqui. Et duo facit: quia primo facit qḋ dictum eſt. Scḋo ex hoc oſtendit: quibus non congruit loqui ſententias. Scḋa ibi. (De quibus autem inexpertus.) Dicit ergo: ꝙ loqui ſententias ꝯgruit ſeniorẽ etate: ⁊ potiſſime debʒ quis loqui ſentẽtias de eis: de quibus eſt expertus: quia non eſt tantũ indecẽs michologizare

logiꝫare.ideſt loqui fabulas:vel fabulari:vt habꝫ alia lr̃a perſonas enim reuerendas:⁊ expertas non eſt indecẽs loqui ſententias:ſed fabulas. ¶ Deinde cum dicit.

¶ De quibus autem inexpertus:ſtultum ⁊ ineruditum. Signum autẽ ſufficiens. Rurales autẽ maxime ſententiarũ formatiui:⁊ de facili enunciant:vniuerſali autem non exiſtente.

¶ Oſtendit de quibus non debemus loqui ſententias:⁊ qͥbus non competit talia loqui. Nam loqui ſñias de his:de quibus eſt inexpertus:eſt quid ſtultũ ⁊ ineruditũ. Huius autem ſufficiens ſignũ eſt:ꝙ rurales de ciuilibus inexperti ad pauca reſpicientes facile enunciant:tales enim ſunt ſententiarũ formatiui:⁊ non exiſtente aliquo vniuerſali de facili ipſum vniuerſaliter enunciat.

Taliter maxime dicere congruit in lamẽtatione infortunij:⁊ in aduerſitate:⁊ in his aut inchoãtem:aut cum demonſtrauerit.

¶ In parte iſta oſtendit pħs quãdo vtile eſt vti ſententijs. Et tria facit:quia primo facit qđ dictum eſt. Scđo ex hoc oſtendit quibus ſententijs debeat vti:ſ:diuulgatis ⁊ cõmunibus. Tertio manifeſtat qũo talibus ſentẽtijs poſſumus cõtradicere. Scđa ibi.(Uti aũt oportet ⁊ diuulgatis.) Tertia ibi.(Oportet autẽ ſentẽtias dicere.) Dicit ergo:ꝙ maxime vtiliter cõgruit dicere ſententias in lamentatione iſfortunij:⁊ in aduerſitate.⁊ in his opꝫ aliquẽ dicere ſententias:aut inchoãtem:aut ꝙ prius dicat ſñiam:⁊ poſtea ſubdat declarationem ⁊ cauſam:aut cũ demõſtrauerit.i.cum declarationẽ ⁊ demonſtrationem pręmiſerit inferat ſententiam in concluſione. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Uti autem oportet ⁊ diuulgatis ⁊ communibus ſententijs:ſi ſint vtiles. Quia enim ſunt communes tanꝙ̃ confitentibus omnibus recte habere videntur.

¶ Quia dixerat vtendũ eſſe ſententijs ⁊ infortunijs:oſtendit quibus ſententijs eſt vtendũ. Et duo facit:quia primo dicit eſſe vtendũ ſententijs cõmunibus. Scđo oſtendit q̃ ſunt tales ſentẽtię. Scđa ibi.(Uelut aduocati ſuper periclitari.) Dicit ergo:ꝙ opꝫ vti ſententijs diuulgatis:⁊ cõib⁹ ſi huiuſ ſententię ſunt vtiles:q: ſentẽtię cõmunes videnᷓ ſe habere tanꝙ̃ confitentibus omnibus. ¶ Notandum autẽ:ꝙ potiſſime iſortunijs talibus ſentẽtijs debem⁹ vti. Naꝫ homines pręmſtitiis grauati nõ niſi dicta cõmunia mente percipiant. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Uelut aduocati ſuꝑ periclitari ⁊ eos qui nõ imolauerunt mos agitur optimus decertari ꝓ pr̃ia. Et ſuꝑ hoc q vocat miores exñtes amic⁹ debelator:⁊ ad perimendũ inimicorũ ꝓlem:⁊ ſe nihil iniuſtũ facientem:nã puer q patrẽ peremit:⁊ pueros derelinqt. Adhuc quedã ꝓuerbiorum etiam ſententie ſunt:velut prouerbiũ Athenienſis ruſticus.

¶ Oſtendit quę tales ſunt ſentẽtię.nam huiuſ ſñia eſt:q: nos dicimus eos eſſe reprębenſibiles:⁊ vituperandos:qui ſunt aduocati ſuꝑ periclitari:⁊ non imolauerunt.i.nõ obtulerunt.i.nõ fuerũt offerentes:ſicut ſonat alia littera ad auxiliandũ periclitãtibus:⁊ potiſſime:ſi erant compatriotę eorũ:q: vnus optimus mos:⁊ vna optima conſuetudo agitur decertari.ſcꝫ pro patria:eſt enim cõmune dictum:ꝙ quia decertandũ eſt pro patria:⁊ pro compatriotis:cũ aduocantur aliqui ſuper periclitari aliquoꝝ:qui ſunt euiſdem patrię:debent eis auxiliari. Dic etiaꝫ vltra hoc:⁊ ſuper hoc:quod dictum eſt:communis ſentẽtia eſt:ꝙ ille eſt debellator amicus.ideſt debellator fidelis:qui vocat minores exiſtentes.ideſt paruulos pueros:⁊ eſt pronus ad perimendum prolem inimicoꝝ:⁊ in hoc reputat ſe nihil iniuſtum facientem.nam puer eſt.ideſt ſtultus eſt:qui perimit patreꝫ:⁊ derelinquit pueros.ideſt filios:quia filij poſtea occidant eum. Adhuc etiam ſunt cõmunes ſentẽtię quędam:ſicut prouerbium illud:Athenienſis ruſticus:cõſuetudo enim eſt:ꝙ burgenſes libenter defraudant ſcientes ⁊ clericos:Athenis vbi vigebat ſtudiũ:ciues effecti erãt ruſtici:ꝙ forte duplici de cauſa contingebat. Primo quia conuerſabantur cum extraneis:ad quos non tanta curialitas oſtenditur. Secundo quia videtur laicis optimum eẽ nullaꝫ curialitatem exercere erga clericos:quia ex hoc iudicant ſe ęq̃les clericis:quia ab eis non decipiũtur:⁊ ideo forte inoleuit prouerbium Athenienſis.ergo ruſticus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Oportet autẽ ſententias dicere:⁊ diuulgata:puta:cognoſce teipſũ:⁊ nihil valde.

¶ Oſtendit quomodo poſſumus contradicere ſententijs diuulgatis. Et duo facit:quia primo facit quod dictuꝫ eſt. Secundo aſſignat cauſam quare auditores fidem adhibent talibus ſententijs. Secunda ibi.(Adhuc autem orationes.) Circa primum duo facit:quia primum dicit oĩa diuulgata eſſe quaſdam ſententias. Secũdo oſtẽdit quomodo talibus contradicere poſſumus. Secunda ibi.(Cũ aũt mos apꝑere.) Dicit ergo:ꝙ oportet nos docere.ideſt contendere omnia diuulgata eſſe ſententias. Quidaꝫ textus habent pręter diuulgata:ſed eſt corrupta littera:vt patet ex alia tranſlatione:vbi habetur:ꝙ oportet prouerbia dicere oĩa ꝓmulgata publicata. Exponit aũt huiuſ diuulgata:quę ſunt ſententię:cum ait:dico autem diuulgata:puta cognoſce teipſum:hęc enim eſt vna ſententia:⁊ nihil valde:hęc eſt alia.de nullo enim debemus facere valde:⁊ vltra modum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Cum autem mos apparere debeat melior:aut ꝙ paſſiue dictum eſt. Eſt autẽ paſſiue quidem.puta ſiquidẽ iratus dicat falſuꝫ eſſe:ꝙ oportet cognoſcere ſeipſuꝫ. Iſte enim ſi cognoſceret ſeipſum nunꝙ̃ militare vellet:mos autem melior.

¶ Oſtendit quomodo poſſumus ſententijs contradicere. Et duo facit:quia primo docet nos contradicere ei quod dicitur:cognoſce teipſum. Secundo ei quod ſubditur:nihil valde. Secunda ibi.(Quia non oportet.) Dicit ergo:ꝙ ſi debet apparere mos melior contradicendo ſentẽtijs diuulgatis debemus hoc facere.⁊ debemus hoc oſtendere:quod noſtrum dictum eſt dictum paſſiue.ideſt ex paſſione:quia quę ſic proferuntur:vidẽtur magis manifeſta:quia paſſionati detenti paſſionibus non niſi aperta cognoſcunt:ideo ſubdit:quod paſſiue dictuꝫ eſt:ſiquis iratus ex paſſione dicat falſum eſſe:ꝙ oportet hominem ſeipſuꝫ cognoſcere:quia ſi ipſe iſto demonſtrato aliquo modo ſeipſum cognoſceret:nunꝙ̃ vellet militare.falſa eſt ergo illa ſententia:qua dicitur cognoſcere ſeipſum:q: melior mos eſt militare ꝙ̃ non:ꝓpter quod dicte ſententię poſſumus contradicere. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quia non oportet:vt aiunt:amare tanꝙ̃ odi

turum:ſed magis odire tanq̄ amaturꝝ. Opoꝛtet autem cum ipſo dicere voluntatem manifeſtare. Si aũt nõ cauſaꝫ poſt dicere: puta aut ſic dicentem: quia opꝫ amare non ſicut aiũt: ſꝫ vt ſemꝑ amaturꝝ. Inſidiatoꝛis.n.alterum.

¶ Docet nos contradicere alteri ſententię.ſ. ei quod dicit̃ nihil valde. Et duo facit ſꝫ ꝙ dupliciter hoc docet. Scḋa ibi.(Aut ita nõ placet.) ¶ Dicit ergo: ꝙ non opꝫ vt aiũt amare tanq̄ oditurum:ſed magis odire tanq̄ amaturũ. Falſa eſt ergo illa ſententia: qua dicitur: nihil valde: qa ſi non opoꝛtet valde odire: opoꝛtet tamẽ valde amare. Addit autem: ꝙ opꝫ hoc quod dictum eſt dicere ⁊ manifeſtare voluntatem noſtram: qꝛ non debemus negare hoc qḋ dicitur: niſi valde: niſi hoc primo ꝑmittamus: declarationẽ ⁊ cauſam debemus dicere: poſt talem cauſam ⁊ delectationem: puta ſi contingat aliquem eſſe dicentem: ꝙ opoꝛtet amare: non ſic dicunt.i.non ꝙ nihil valde amemus. ſꝫ opoꝛtet hominem amare valde: ⁊ ſicut ſemper amatur: ⁊ hoc dicto poſt fundare rationem ⁊ cauſam: qꝛ alterũ eſt inſidiatoꝛis. Inſidiatoꝛes.n.⁊ pꝛoditoꝛes amant vt odituri: ſemper.n.vel eſt ꝑmittẽda cauſa: vel delectatio: anteq̄ ſententialiter pꝛoferamus aliquid: vel eſt poſtponenda: ſi illud ſniatum ſit dubium. ¶ Deĩde cũ dicit.

¶ Aut ita nonplacet enim mihi qḋ dicit̃. opoꝛtet enim verum amicum tanq̄ amaturuꝫ ſemper amare: ⁊ neqꝫ quod nihil valde: opꝫ enim malos valde odire.

¶ Dat aliũ moduꝫ contradicendi. Diceret foꝛte aliquis mihi non dicit̃: vꝫ: ꝙ negamus dictam ſententiam: nihil valde: rõne amoꝛis: qꝛ eſt valde amandum: ⁊ nõ ratione odij: quod ſit valde odiendum: ſed vtrunqꝫ eſt faciendũ valde. Et vtroqꝫ mõ eſt falſa illa ſnia: qꝛ verum amicuꝫ opꝫ amare tanq̄ amaturum: ⁊ non credere ei quod dicit̃ nihil valde: ⁊ ſic amicus opoꝛtet valde amare: ſic malos ⁊ inimicos opoꝛtet valde odire. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Habent autem oꝛationes auxilium magnũ: vnde quidem pꝛopter ruditatem auditoꝛum: gaudent enim ſiquis vniuerſaliter dicens incidat in ſentẽtias: quas illi particulariter habẽt. Quod autem dico palam: erit ita: ſimul auteꝫ ⁊ qualiter opoꝛtet ipſas venari.

¶ Dat cauſam quare auditoꝛes talem ſententiam appꝛobant. Et duo facit: qꝛ pꝛimo pꝛęmittit quod intendit. Secundo quod dixerat manifeſtat. Scḋa ibi.(Snia qdem enim.) ¶ Dicit ergo ꝙ pꝛoferentes huiuſmodi oꝛatiões ꝑpter ruditatem auditoꝝ habent vnum magnũ auxiliũ ad hoc ꝙ ſint credibiles. Nam auditoꝛes rudes gaudent: ſi aliquis dicens aliquid vlr incidat in illas ſnias: quas ipſi particulariter hñt. experti.n.ſic eſt: vt dicitur in aliquo ꝑticulari exiſtimant ita eſſe vlr. erit aũt quod dicitur palaꝫ ⁊ manifeſtuꝫ ex dicendis: ex quibus ſimul cauſa. Hoc etiam manifeſtum erit: qualiter opoꝛtet venari ipſas ſententias. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sententia quidem enim: vt dictum eſt: enũciatio vniuerſalis eſt. Gaudent autem vniuerſaliter dicto: qḋ particulariter pꝛeexiſtimantes fuerunt: velut ſiquis vſus fuerit vicinis: aut ſi lijs pꝛauis: acceptabit vtiqꝫ dicenteꝫ: nihil vicinia difficilius: aut quia nihil ſtultius q̄ filios pꝛocreare.

¶ Manifeſtat quod dixerat. Et tria facit. Nam pꝛimo oñdit q̃ño auditoꝛes gaudent: ſi vniuerſaliter pꝛoferatur: qḋ particulariter tenent. Secundo ex hoc docet nos venari huiuſmodi ſententias. Tertio oſtendit vtilitatem taliuꝫ ſententiarum. Secunda ibi.(Quare cõiecturare.) Tertia ibi.(Hũc aũt opꝫ.) Dicit ergo: ꝙ ſententia (ſicut dctũ eſt) eſt vlis enũciatio. Auditoꝛes aũt gaudent de aliquo vlr: ſicut fuerunt ꝑexiſtimãtes ⁊ experti id particulariter vt puta: ſi qs vſus fuerit pꝛauis filijs: ⁊ malis vicinis: acceptabit dicentẽ: nihil difficilius vicinia quantum ad eum: q vſus fuit malis vicinis: nihil ſtulti⁹ q̄ filios ꝑcreare q̄tũ ad eos: q ſunt vſi pꝛauis filijs. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quare cõiecturare opoꝛtet qualiter exiſtunt auditoꝛes pꝛeexiſtimãtes: deide ita de his vniuerſaliter dicere.

¶ Docet nos venari huiuſmodi ſententias dicens: ꝙ opoꝛtet nos coniecturare.i.coniecturari: vt habet alia littera: q̄liter auditoꝛes exiſtunt pꝛęexiſtimãtes: ⁊ quibus particularibus negocijs ſunt exꝑti ⁊ victi: ſicut videmus eos affectos ad aliqua particularia facta. ita debemus de illis vniuerſaliter dicere. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Hunc autem opoꝛtet vnum habere vſum ei qḋ in ſententias loqui: ⁊ alterũ melioꝛẽ. moꝛales enim facit oꝛationes: moꝛem autem habent oꝛatiões in quibuſcũqꝫ eſt manifeſta electio. Sententie autem omnes hoc faciunt: qa enunciat ille: qui ſententiaꝫ dicit vniuerſaliter de eligibilibus: qualiter ſi bone ſunt ſententie ⁊ bonoꝛum moꝛum apparere faciunt dicẽtẽ. De ſententia quidẽ igitur quid eſt: ⁊ quot ſpecies ipſius: ⁊ quomodo vtenduꝫ ipſa: ⁊ quas vtilitates habet dicta ſunt hec.

¶ Dat vtilitates talium ſententiarum dicens: ꝙ ei: quod ẽ loqui tales ſnias: opoꝛtet habere.i.habet vnum vſum.i. habet vnam vtilitatem.ſ. ꝙ ſic loquens redditur credibilis auditoꝛibus: habet talis locutio ſententiarum: habet alterum melioꝛem vſum: ſiue alteram melioꝛem ⁊ maioꝛem vtilitatem. nam tales oꝛationes faciunt hoĩes moꝛales.i. faciũt eos apꝑere boni moꝛis. Melius aũt eſt apparere boni moꝛis q̄ apparere credibilis: ideo iſta vtilitas ẽ melioꝛ pꝛima. Et quia omnes huiuſmodi oꝛationes q̄buſcunqꝫ eſt manifeſta electio: habent ⁊ continent moꝛẽ bonum: pꝛopter quod cõferens eas videtur boni moꝛis. Iḋ ſubditur: ꝙ omnes tales ſententię hoc faciunt: ꝙ ille q̄ talem ſententiam enunciat: dicit vniuerſaliter de eligibilibus.i.narrat vniuerſaliter quid ſit agendum. ſi ergo tales ſententię ſunt bonę: faciunt ꝙ dicens appareat bonoꝛum moꝛum. ¶ Ultimo epilogat: ꝙ de ſententia quid ẽ. ⁊ quot ſunt ſpecies ſententię: ⁊ quomodo vtendum eſt ipſa: ⁊ quas vtilitates habet dicta ſunt hęc quę dicta ſunt.

DE enthimematibus auteꝫ vniuerſaliter dicamus: quomodo opoꝛtet ingrere: ⁊ poſt hec locos. alia enim ſpecies vtriuſqꝫ hoꝛum eſt.

¶ In parte iſta determinat de enthimematibus. Et duo facit: quia pꝛimo continuat ſe ad dicenda. Secundo exequitur de intento. Secunda ibi.(Quod quidem igitur enthimema.) ¶ Dicit ergo: ꝙ vult dicere de enthimematib⁹ vniuerſaliter q̃ño

oportet inquirere: ⁊ venari huiuſmodi enthimemata: ipſa hec .i. poſtq̄ȝ inquiſiuimus enthimemata: ingremus ⁊ locos. Eſt autem alia ſpecies vtriuſqȝ eorum: vȝ locorum ⁊ enthimematum: que quomodo differant patefactuȝ fuit in p̄mo libro. ⁊ declarabit̄ē ēt ex dicēdis. ¶ Deinde .c. d.

¶ Quod quidē igitur enthimema ſyllogiſmus quidam eſt: dictum eſt prius: ⁊ quomodo ſyllogiſmus: ⁊ quid differt a dyalecticis: neqȝ .n. a longe: neqȝ omnia ſumientes oportet concludere. Hoc quidem enim obſcurum propter diſtantiā. hoc nugoſum ꝓpter manifeſta dicere.

¶ Exequitur de intento. Et duo facit: quia primo commemorat que dicta ſunt in primo libro. Secundo ex hoc dat artem venādi enthimemata vniuerſaliter in quolibet negocio. Secunda ibi. (Primo quidem igitur.) ¶ Circa p̄mum tria facit: quia primo reſumit quedam dicta in primo. Secundo dat cauſam quare inerudita ⁊ ignorātes aliquando melius perſuadent populis q̄ȝ ſcientes. Tertio ex habitis manifeſtat ex quibus ⁊ qualibus ſit enthimema formanduȝ. Secunda ibi. (Hec enim cauſa). Tertia ibi. (Quare non ex omnibus.) ¶ Dicit ergo: ꝙ dictum ē prius in primo libro: quid eſt enthimema: ⁊ quid eſt ſyllogiſmus quidam: ⁊ dictum eſt ibidem: quomodo differt talis ſyllogiſmus a ſyllogiſmis dyalecticis: imo ſi bene conſideramus dicta in primo libro: ſi volumus formare dicta enthimemata: non oportet nos ire multum a longe faciē do ſyllogiſmos: nec oportet nos omnes premiſſas ſumere vt concludamus: imo ſufficit aliquando ex vna premiſſarum arguere: ſi altera ſit nota: ideo ſubditur: ꝙ hoc ſcilicet ſyllogiçare ⁊ proſyllogiçare: ⁊ a lōge ire eſt obſcurum propter diſtantiam. Hoc autēȝ .i. omnia ſumere ⁊ probare eſt nugatio: ſiue ꝓpter manifeſta dicere .i. propter hoc: ꝙ aliq̄ ſunt manifeſta: ⁊ ꝓbatione nō egēt. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Hec enim cauſa: ⁊ quare perſuaſiui magis ſint ineruditi eruditis inter turbas: ſicut aiunt poete. Ineruditos apud populum magis muſice dicere. Hi quidem enim cōmunia vniuerſaliter dicunt. Hi autem ex quibus ſciūt ⁊ que prope.

¶ Dat cauſam ex hoc: quare ineruditi aliquando magis perſuadent q̄ȝ ſciētes dicens: ꝙ hec ē cauſa: quare inerudi ti inter turbas ſunt magis perſuaſiui eruditis. Primo ineruditos contingit loqui ad populum magis muſice: ſic enim aiunt: ⁊ ſic loquuntur: ſicut poete loquuntur: ⁊ quia delectantur aures populares in tali conſonantia verborū ⁊ ſermones proferuntur ſ̄m rithmos: ideo credunt: talem autem conſonantiam faciunt. Nam quia neſciūt tales dilatare ſe in profunditate ſententie: conantur vt demulceant auditum conſonantia verborum. Secunda etiaȝ cauſa eſt: quare ineruditi aliquando magis placent: ⁊ magis ꝑſuadent q̄ȝ eruditi: quia hi ineruditi dicunt cōmunia vniuerſaliter: que magis populus poteſt capere: hi .ſ. eruditi dicunt ex quibus ſciunt: ⁊ propria ad que intuenda vulgaris intellectus non attingit: ideo tales non placent: nec perſuadent. Iſta autem cauſa ſumit originem ex his: que dicta ſunt: quia volentes perſuadere non debent ſyllogiçare ⁊ ſimiliter inueſtigare propriam cuiuſlibet negocij: q2 contingeret eos nimis obſcure loqui. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Quare non ex omnibus que videntur: ſed ex determinatis dicendum: puta aut iudicātibus aut his: quos acceptant: ⁊ hoc vtiqȝ: qd̄ ſic videtur palam eſſe omnibus: aut plurimis: ⁊ nō ꝯcludere ex neceſſarijs: ſed his: q̄ in pluribus.

¶ Concludit ex dictis: ex quibus eſt perſuadendum dicēs: ꝙ non eſt perſuadendum ex omnibus: que videntur .i. ex omnibus: per que poſſunt rem manifeſtare ⁊ declarare: ſȝ aliqua iſtorum ſunt dimittenda propter minus manifeſta eſſe: aliqua vero propter ea: ꝙ homo vulgaris non poteſt ea conſpicere. ideo ſubdit quod eſt dicendum: ⁊ arguēdum de enthimematibus determinatis. Dico autēȝ que videntur ipſis iudicantibus .i. ipſis auditoribus: aut que videntur his: qui auditores acceptant. Sufficit enim aliquando perſuadere his: quorum conſilio populus regit̄. hoc vtiqȝ quod proponemus videtur: ⁊ debet eſſe palam ⁊ manifeſtum omnibus: aut plurimis: ⁊ non ſolum debemus concludere ſemper ex neceſſarijs: quia talia raro occurrunt directe ſpectantia ad propoſitum noſtrum: ⁊ ſi occurrunt ſunt forte talia: que vulgares non capiunt: ideo p̄l̄m eſt vtenduȝ his: que ſunt vt in plib⁹. ¶ Deinde .c. d.

¶ Primo quideȝ igitur oportet accipere: quia de quo oportet dicere ⁊ ſyllogizare ſiue politico ſyllogiſmo ſiue qualicunqȝ: neceſſariuȝ de hoc habere exiſtentia: aut omnia: aut quedaȝ. Nihil .n. hn̄s ex nullo hēbit ꝯcludere itaqȝ.

¶ Dat huiuſmodi artem venandi talia enthimemata oſtdens: que ſunt illa enthimemata determinata: quibus debemus vti. Et tria facit: quia primo facit quod dictuȝ eſt. Secundo quod dixerat declarat oſtendens talem artem veram eſſe applicatam ad quodlibet negocium. Tertio oſtendit dictam artem ſimpliciter ⁊ vniuerſaliter veram eſſe. Secunda ibi. (Dico autem puta quomodo.) Tertia ibi. (Nihil autēȝ differt.) ¶ Dicit ergo: ꝙ ſi volumus venari ⁊ inquirere dicta enthimemata: oportet nos accipere ⁊ ſcire quid eſt illud: de quo oportet dicere: ⁊ ſyllogiçare. Nam ſiue ſit ſyllogiſmus politicus ille: qui debet fieri ſiue alius qualiſcunqȝ. neceſſariuȝ eſt nos habere omnia exiſtentia: aut quedam exiſtentia ipſi negocio: de quo debet fieri ſyllogiſmus ⁊ enthimemata: quia ſi nō habemus aliquid de his: que exiſtant in dicto negocio: de nullo poterimus cōcludere. Eſt ergo ars data: ꝙ enthimema ⁊ ſyllogiſmus omnis habet fieri de his: que exiſtant in rebus: de quibus volumus formare ſyllogiſmos: ⁊ quādo plura talia habemus magis abundamus in faciendo ſyllogiſmos. Si autem nihil tale habemus: nullum ſyllogiſmuȝ poterimus facere. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Dico autē puta quomodo vtiqȝ poterimus conſulere Athenienſibus: ſi ſit pugnanduȝ nō habenteſqȝ potentiaȝ ipſorum. vtrum ſit naualis: aut campeſtris: aut vtraqȝ: ⁊ hec quāta: ⁊ prouentus qui. aut amici ⁊ inimici. Adhuc aūt que bella preliati ſunt: ⁊ q̄liter: ⁊ alia talia.

¶ Adaptat dictam artem ad quodlibet negocium politicum. Et tria facit ſ̄m ꝙ tria ſunt talia negocia. Nam primo adaptat talem artem ad negocium deliberatiuuȝ. Secundo ad exclamatiuum. Tertio ad iudiciale. Secunda ibi. (Et laudare.) Tertia ibi. (Eodē autēȝ modo.) ¶ Dicit ergo primo dico .i. expono qd̄ dico: quia quomodo poterimus conſulere Athenienſibus: ſi debent pugnare: vel non: non habentes exiſtentiā ipſis Athenienſibus: quaſi dicat nullo mō. Nam ſi neſciuerimus que ſit potentia ipſorum: vtrū naualis ſit potētia nautarū: aut cāpeſtris: ſicut ē po⁹ militū ⁊ peditū: aut vtraqȝ: vt q2 forte hn̄t verē po^{m}:

Et etiam ſi neſciuerimus quanta ſit talis potentia: ⁊ qui ſunt prouentus eorum: ⁊ qui amici ⁊ inimici: ⁊ adhuc autem: quę bella pręliati ſunt: ⁊ qualiter ſe habuerūt in alijs ⁊ cętera talia: quę ſi neſciuerimus. nullum conſilium poterimus dare. ℂ Deinde cum dicit.

ℂ Et laudare: ſi nō habeamus illud qđ i Salamine bellū naualē: aut eāq₃ in Marathōe pugnam: aut ea que pro Eraclitibus producta: aut aliud aliqd taliū ex exiſtētibus. .n. aut putatis exiſtere bonis laudant omnes.

ℂ Adaptat dictā artē ad exclamatiuū ſm ꝙ ſpectat ad ipſaʒ laus. Scđo ꝑut eſt intereſſe eius ſe intromittere de vitupio. Scđa ibi. (Silr aūt ⁊ vituperāt). ℂ Dicit ergo: ꝙ non poterimus laudare ipſos Athenienſes: ſi non habeamus .i. ſi neſciamus illud bellum venale: ⁊ illam victoriā quā habuerūt in Salamine: aut eam pugnam: quaʒ exercuerūt in Marathone: aut ea: quę fuerūt ꝓducta ⁊ facta ab ipſis Athenienſibus pro Eraclitibus. i. pro illis gentibus: aut qd aliud bonorū exiſtentium: aut apparentium exiſtere in ipſis. Nam omnes laudant alios ex bonis exiſtentibus in eis: aut putatis exiſtere. ℂ Deinde cū dicit.

ℂ Similiter autem ⁊ vituperant ex contrarijs ↄſiderātes qd inſit ipſis tale: aut puteť ineſſe: puta ꝙ Athenięſes Elines in ſeruitutē redegerūt. Et eos q ad barbarū: ⁊ cū pugnauerāt prāſi fuerant: ⁊ i mācipia ſubdiderāt Eginotas ⁊ Podeacas: ⁊ quecunq₃ alia talia: ⁊ ſiquid aliud tale peccatum inſit ipſis.

ℂ Adaptat quod dixerat ad vituperium dicens: ꝙ ſimili modo homines vituperant alios ex contrarijs .i. ex malis conſiderantes aliquid tale .i. aliquid malum: ⁊ quid turpe inſit ipſis Athenienſibus: aut putetur ineſſe: puta ꝙ Athenienſes redegerūt in ſeruitutem Elines .i. gręcos: vt habꝫ alia littera. ſed eos: qui ad barbarum .i. extraneos honorauerunt: vt ſupplet alia littera: quod fuit valde vituperabile: quia vituperoſuʒ eſt compatriotis nocere: ⁊ extraneos honorare. Uel etiaʒ non poſſemus vituperare Athenienſes: niſi ſciremus quodāmodo cum pugnauerant .i. cuʒ redibant de pugna: fuerunt pranſi in q̄dā villa apud Eginotas ⁊ Podeacas. ⁊ qū non ſuffecit: ꝙ illi curialiter eis cibū tribuerent: ſed eos ſubdiderunt in mancipia: ⁊ in ſeruitutem: deducendo eos in captiuitatem: quod fuit valde vituperabile benefacientibus mala retribuere: niſi ergo ſciuerimus iſta mala de Athenienſibus: ⁊ quęcunq₃ alia: ⁊ ſi quid tale peccatum inſit ipſis: non poterimus eos vituperare. ℂ Deinde cuʒ dicit.

ℂ Eodem autem modo ⁊ accuſantes ⁊ defendentes ⁊ inexiſtentibus conſiderantes accuſant ⁊ defendunt.

ℂ Adaptat dictam artem ad iudiciale negocium: ſiue ad diſceptationem dicens: ꝙ eodem modo accuſantes ⁊ defendentes ↄſiderātes inexiſtētibus accuſant ⁊ defendūt.

Nihil autem differt de Lacedemonijs ⁊ Athenienſibus: aut homine: aut deo ideʒ hoc agere. Eteni hoc conſulenteʒ Achilli: ⁊ laudātem: ⁊ vituperantem: ⁊ accuſantem: ⁊ reſpondentem pro ipſo: q̄ inſunt: aut putantur in eſſe: opꝫ accipere.

ℂ Oſtendit dictam artem ſimpliciter ⁊ vniuerſaliter veram eſſe. Circa quod duo facit: quia primo facit quod dictum eſt. Secundo confirmat veritatem dictę artis p ea quę dicta ſunt in libro topicorum. Secunda ibi. (Nō .n.) ℂ Circa primum tria facit. Nam in omni negocio rhetorico eſt tria conſiderare: vꝫ perſonam rei ⁊ finem: vt puta in negocio exclamatiuo eſt conſiderare primo perſonam quam laudamus: vt Achillem: vel aliquem alium excellentem virum: ⁊ rem: de qua ipſum laudamus: vt pugnā: vel aliquid aliud laudabile: ⁊ eſt ibi etiam conſiderare finem: propter quem ipſum laudamus: vt propter honeſtū ⁊ pulchrum: ⁊ in diſceptatiuo eſt dare perſonam: quaʒ accuſamus vel defendimus: ⁊ rem ſiue factum: de quo ipſum accuſamus ⁊ defendimus: ⁊ finem: vt iuſtum vel iniuſtum. propter quod ipſuʒ accuſamus vel defendimus. ſic etiā ⁊ in deliberatiuo iſta eadē eſt accipere: vt poteſt patere intuenti. Primo ergo oſtendit philoſophus veritatē iſtius artis quantum ad ipas perſonas: circa quas verſantur negocia rhetorica. Secundo quantum ad ipſos fines propter quos ſunt huiuſmodi negocia. Tertio oſtendit veritate dictę artis per reſpectum ad ipſas res: de quibus ſunt alia negocia. Secunda ibi. (Ut ex his dicamus). Tertia ibi. (Similiter autem his). ℂ Continuetur ergo ſic: ꝙ dicta ars ē ſimpliciter vniuerſalis: quia nihil differt agere hoc idem de Lacedęmonijs ⁊ Athenienſibus: aut de homine: aut de deo: aut de quolibet alio. Nam conſulentem Achilli quantum ad negocium deliberatiuum: ⁊ laudantem ⁊ vituperantem quantum ad exclamatiuuʒ: ⁊ accuſantem ⁊ reſpondentem quantum ad diſceptatiuū ſi volumus talia facere pro ipo Achille: aut quę putantur ineſſe de Achille. Intelligendum eſt de qualibet perſona per quam volumus agere. ℂ Deinde cum dicit.

ℂ Ut ex his dicam⁹ laudātes aut vituperātes ſiquid honeſtuʒ: aut turpe exiſtat: accuſantes aūt ⁊ defendētes ſiquid iuſtum aut iniuſtū: cōſulentes aūt ſiquid conferens aut nociuum.

ℂ Oſtendit veritatem dictę artis per regulam ad ipſos fines: propter quod ſunt negocia rhetorica. Continuetur autem ſic. Bene dico: ꝙ ſi volumus pro aliquo exercere negocia rhetorica: oportet nos accipere: quę inſunt ei: aut putantur ineſſe: vt ex talibus exiſtentibus dicamus laudantes ſiquid honeſtum inſit illi: aut vituperantes ſiquid turpe exiſtit in eo. ⁊ hoc quantum ad fines exclamatiui. Accuſantes autem ſiquid iniuſtum: defendentes ſi quid iuſtum quantum ad fines diſceptatiui: conſulentes autem ſiquid conferens tanq₃ proſequenduʒ: aut nociuuʒ: aut fugiendum q̄tum ad fines deliberatiui. ℂ Deide cū dicit.

ℂ Similiter autem his de re quacunq₃: puta de iuſtitia: ſi bonum: aut non bonū: ex inexiſtētibus iuſtitię: aut bono: itaq₃ omnes ita videntur demonſtrantes: ſiue certius: ſiue debilius ſyllogizant.

ℂ Oſtendit veritatem dictę artis per regulā ad ipſas res de quibus ſunt talia negocia rhetorica: ⁊ de finibus ꝓpter quos ſunt talia negocia. ſimiliter his .i. ſimiliter finibus ⁊ perſonis dicendum eſt de re quacunq₃. puta de iuſtitia ſi bonum eſt: aut non eſt: ſi volumus hoc oſtendere ex inexiſtentibus iuſtitię: aut bono: oportet nos formare ſyllogiſmos. nam omnes ſic videntur demonſtrare: quia ſiue ſyllogiçent certius: ſiue debilius ſemper de exiſtentibus ſyllogiçant. ℂ Deinde cū dicit.

ℂ Non enim ex omnibus accipiunt: ſed ex his

que circa vnumquodq; exiſtunt: τ per oratio
nem: palam.n. q: impoſſibile aliter oſtendere
manifeſtum: q: neceſſarium: ſicut in topicis:
primum circa vnumquodq; habere electa de
contingentibus τ opportunis.

℄ Cõfirmat veritatem dictę artis per ea: quę dicta ſunt in
libro topicorum. Nam ibi traditum eſt: ꝙ debemus ha
bere promptas τ paratas orationes vtiles ad quęlibet ne
gocia: vt poſſimus cõtinue abundare in formando locos
τ ſyllogiſmos. Hanc autem promptitudinem habere nõ
poſſumus niſi circa negocia nota τ aſſueta: q: circa nego
cia repentina: τ circa ea quę ſubito proueniunt: eo ꝙ non
ſunt pręcognita talem pręparationem habere non poſſu
mus. Duo ergo facit phs. Nam primo confirmat dictam
artem per habita in libro topicorum quantū ad negocia
aſſueta. Secundo oſtendit dictam artem veritatē habe
re quantum ad negocia repentina. Secũda pars ibi. (De
his autem: quę in repentino). ℄ Dicit ergo: ꝙ oportet ſyl
logiçare ex determinatis τ exiſtentibus: quia ſyllogiçãtes
non accipiunt ex omnibus. i. a quibuſcūq;: quia tunc face
rent ſyllogiſmum inconnexum: ſed ſyllogiçant ex his: quę
exiſtũt circa vnumquodq;: τ per orationem: ſiue ꝑ ſermo
nem: vt habet alia littera: explicant ipſa exiſtentia. Nam
palam: q: impoſſibile eſt aliter oſtendere ꝙ̃ dictū ſit: eſt
enim hoc manifeſtum τ neceſſarium: per ea quę dicta ſũt
in topicis. Nam circa finem octaui topicorum habitū eſt:
ꝙ oportet nos habere elementa de contingentibus τ ope
ratiuis circa vnumquodq;: ad hoc ꝙ in diſceptationibus
abundemus: quod non eſſet niſi ex inexiſtentibus oporte
ret nos arguere. ℄ Deinde cũ dicit.

℄ De his autem: que ex repentino fiunt quere
re eodem modo aſpicientem eum non infinita
ſed inexiſtentia: de quibus orõ: τ circũſcriben
tem plurima: τ ꝓpinquiſſima rei.

℄ Oſtendit dictam artem veritatem habere quantum ad
negocia repentina. Circa quod duo facit: quia primo pręę
mittit quod intendit. Secundo manifeſtat quod dixerat.
Secunda ibi. (Quanto enim vtiq;.) ℄ Dicit ergo: ꝙ eo
dem modo volentem ſyllogiçare de his: quę fiunt ex re
pentino: oportet quęrere conuenientiam dicto negocio: τ
non aſpicere infinita. i. indifferenter: τ omnia vt imperti
nentia: ſed accipere inexiſtentia: de quibus fit oratio τ ſyl
logiſmus: τ circumſcribere τ cõgregare plurima talia: τ ꝓ
pinquiſſima ipſius rei. ℄ Deinde cum dicit.

℄ Quanto.n. vtiq; plura habent exiſtentium: tã
to facilius oſtendere: quanto aũt ꝓpinquius:
tanto τ minus cõmunia conuenientius.

℄ Manifeſtat quod dixit. Et duo facit: quia ꝑmo facit qȯ
dictum eſt. Secundo quia fecerat mentionem de cõmu
nibus τ proprijs: oſtẽdit quę ſunt cõmunia τ propria. Se
cunda ibi. (Dico autem cõmunia.) ℄ Dicit ergo: ꝙ vo
lens ſyllogiçare quanto plura habuerit de exiſtentibus fa
cilius poterit oſtẽdere propoſitum: propter quod manife
ſtum eſt: quare debemus circumſcribere τ cõgregare plu
rima exiſtentia: ſic τ quanto propinquius magis prope ac
cipiemus inexiſtentia: τ minus cõmunia: tãto magis ſyllo
giçabimus de re. non enim debemus arguere ex cõmuni
bus: ſed ex ꝓprijs. ℄ Deinde cũ dicit.

℄ Dico aũt cõmunia quidem laudare Achillẽ:
quia homo: τ quia ſemideoꝝ: τ ꝙ ſuper Tro
iam militet. hec.n. τ alijs exiſtit multis. Quare
nihil magis talē Achillẽ laudat ꝙ̃ Diomedẽ.

℄ Exponit cõmunia. Secundo ꝓpria. Secunda ibi. (Pro
pria autem quę nulli τc.) ℄ Dico ergo. ꝙ ipſe appellat cõ
munia: ſi laudemus Achillem: vel quia ſemideorum: alia
autem littera habet: vel quia habens naturam ſemideæ:
vel quia ſi laudemus ipſum: quia militauit ſuper Troiã.
ſic autem non laudamus ipſum ex proprijs: quia iſta exi
ſtunt multis alijs. Multi enim alij ſunt homines: τ ſunt
de numero ſemideorum: vel habent naturam ſemideaꝝ.
Nam ſemideus: ſiue quaſi medius deus poteſt dici quili
bet exercens opera ſupra cõmunem modum hominum:
ſic τ multi alij militauerunt ſuper Troiam: quare talis ſic
laudans nihil magis laudat Achillem ꝙ̃ Diomedem.
℄ Deinde cum dicit.

℄ Propria autem: que nulli accidunt alij ꝙ̃
Achilli: puta interfeciſſe Hectorem optimum
troianorum. Et cignum qui prohibuit omnes
aſcendere inſauciatus exiſtens: τ q: iuuenis τ
non pubes exiſtens militauit: τ quecunq; alia
talia. Unus quidem igitur locus electionis: τ
primus iſte topicus.

℄ Manifeſtat quę ſunt propria dicens: ꝙ illa ſunt ꝓpria
quę nulli alij accidunt ꝙ̃ Achilli: puta interfeciſſe Hecto
rem optimum troianorum: τ ſuperaſſe cignum: qui prohi
buit omnes gręcos aſcendere inſaucius exiſtens. omnes
enim gręci non poterant ipſum ſauciare τ deuincere. Et
etiam debemus laudare Achillẽ: quia exiſtẽs iuuenis τ
ante annos pubertatis militauit: τ quęcunq; talia ſi ſcire
rimus de eo ita conuenientia ſibi τ non alijs. ℄ Ultimo
epillogat: ꝙ vnus locus electionis. i. vnus locus electus: τ
primus eſt iſte topicus. τ eſt iſte locus: quẽ nos exigimus
vt formare enthimemata ex ꝓprijs. Eſt.n. magis electū
τ magis charum ꝙ̃ formare ex cõmunibus.

Elementa autem enthimematū
ſpecie duo. hec quidē enim oſten
ſiua ſunt: quia eſt aut non eſt hec
elentica: τ differunt ſicut in dyale
cticis: elẽchus τ ſyllogiſmus eſt.
Eſt aũt oſtenſiuũ qdem enthime
ma: qȯ ex conceſſis concludit: elenticũ aũt in
conceſſa colligere.

℄ In parte pręcedenti determinauit elegãtiſſime ipſe phs
de entimemate ſꝫ ſe: τ ſm ſuas partes. in parte iſta deter
minat phs de enthimemate ſm ſua principia. Primo
determinat de locis: quia loci ſunt principia τ elemẽta en
thimematum. Et duo facit: quia primo cõtinuat ſe ad di
cenda. Secundo exequitur de intẽto. Secũda ibi. (Sũt
enim enthimematum). Continuetur enim ſic. Poſtquā
determinauimus de enthimemate ſm ſe τ ſecundum ſu
as partes. Reliquum eſt dicamus: quę ſunt elementa en
thimematum. et exponit quid appellat elementum enthi
mematis dicens: ꝙ elementum enthimematis vocat lo
cum: τ addit: ꝙ primo vult dicere de his: de quibus primo
eſt neceſſariũ dicere. ℄ Deĩde cũ dicit. (Eſt aũt oſtẽſiuũ.)
Exequitur de intento τ tria facit. quia ꝑmo diuidit enthi
mema: cuius locus eſt principium τ elemẽtum. Secundo
ex hoc oſtendit de quibus locis eſt dictum. Tertio mani
feſtat de quibus locis eſt dicendum. Secunda ibi. (Fere
quidem igitur.) Tertia ibi. (Adhuc autē τ alio modo).
℄ Dicit ergo. ꝙ enthimematum duę ſunt ſpecies. quędã
enim enthimemata ſunt oſtenſiua: vt illa: per quę oſten
dunt; ꝙ

dentꝫ aliquid eſt: aut non eſt: qꝛ tam affirmatiua ꝙ negatiua poſſunt oſtendi: ſiue probari. Hec autem .i. alia ſpecies enthimematis eſt elentica .i. redarguitiua ⁊ contradictiua. elenticus enim eſt ſyllogiſmus contradictionis. His enĩ duobus modis probatur aliquid vel oſtẽſiue: vel ducendo ad incõueniens: ideo ſicut in dyalecticis differt ſyllogiſmus ⁊ elẽcus: ſic in rhetoricis differt enthimema oſtẽſiuum ⁊ elenticum. Dicit autẽ differentiam inter dictas ſpecies enthimematis dicens ꝙ oſtenſiuum enthimema concludit ex conceſſis: quia accipit probabilia: que videntur omnibus vel pluribus: ſed elenticus colligitur in ꝯceſſa. vnde alia littera habet: enthimema ducens ad impoſſibile: ⁊ eſt illud: qđ cõcludit ex negatis ⁊ repudiatis. ¶ Ad intelligentiam autem dictorum notandũ: ꝙ vbi nos habemus enthimema elenticum: alia littera habet ducens ad impoſſibile. Poſſumus tamen aſſignare differentiam inter ſyllogiſmum conuerſiuum ducens ad impoſſibile ⁊ elenticum. Nam licet quilibet iſtorum ſyllogiſmorũ concludat aliquod inconueniens: ⁊ aliquod contradictum .i. nõ tamen hoc faciunt eodem modo: quia ſi debet eſſe ſyllogiſmus conuerſiuus: oportet prius eſſe ſyllogiʒatum. ⁊ ſyllogiſmi preſyllogiʒati accipit oppoſitum ꝯcluſionis cum altera premiſſarum: ⁊ concluditur oppoſitum concluſionis alterius premiſſarum. Nunꝙ ergo eſt ſyllogiſmus cõuerſiuus: niſi prius ſit ſyllogiʒatus. Sed ſyllogiſmus ducens ad impoſſibile fieri poteſt abſqꝫ ſyllogiſmo priori: ſufficit enim in tali ſyllogiſmo: ꝙ ibi concludatur oppoſitum alicuius: quod eſt manifeſte verum: vt dicitur ſecundo priorum. ¶ Ex hoc aũt apparere poteſt proprie non eſſe eũdẽ finem ſyllogiſmi conuerſiui: ⁊ ſyllogiſmi ad impoſſibile. vtrunqꝫ .n. iſtorum ſyllogiſmorum probat aliquid: ſꝫ ſyllogiſmus conuerſiuus magis videtur probare formaꝫ ſyllogiſticam. ducens vero ad impoſſibile magis videt̃ probare materiam ſyllogiſmi. ſyllogiſmus enim eſt conſeq̃ntia quedam. Sicut ergo eſt conſequentia quando antecedens non poteſt eſſe verum ſine conſequente: ſic tũc eſt bona forma ſyllogiſmi quando premiſſe: que ſe habẽt vt antecedens: non poſſunt eſſe vere: niſi concluſio: que ſe habet: vt conſequens ſit vera. Poteſt tamen eſſe vera cõcluſio premiſſis exiſtentibus falſis: quia poteſt eſſe veruꝫ conſequens antecedente exiſtente falſo: licet .n. non poſſit eſſe homo niſi ſit animal: poteſt tamen eſſe animal nullo homine exiſtente. Quotienſcũqꝫ ergo oſtenditur: ꝙ oppoſitum concluſionis non poteſt ſtare cum premiſſis: ꝓbat̃ ꝙ illa ſit bona forma ſyllogiſmi: ſic ſi probaret̃ ꝙ oppoſitum conſequentis non poſſit ſtare cum antecedente: oſtẽderetur ibi eſſe bonam conuenientiã. ¶ Cũ igitur ſyllogiſmus conuerſiuus oſtendat: ꝙ cum oppoſito concluſionis non poſſunt ſtare premiſſe: qꝛ accipiendo oppoſitũ cõcluſionis cum altera premiſſarum concluditur oppoſitũ alterius premiſſarum: hmõi ſyllogiſmus ſemper arguit ꝑ ſupponendo alium ſyllogiſmum: ⁊ probat formã. Sꝫ ſyllogiſmus ad impoſſibile: qꝛ non preſupponit ſyllogiſmuꝫ priorem: nec facit ſyllogiſmum oppoſitum priori ſyllogiſmo: non proprie probat formam ſyllogiſticam: ſed magis probat materiam ſyllogiſmi: quia probat propoſitionem aliq̃ eſſe veram. Accipit enim oppoſitum intenti: ſiue oppoſitum eius: quod vult probare: ⁊ cum illo ⁊ propoſitiõe alia ſumpta concludit aliquid manifeſte falſum: propter qđ ẽt oppoſitum intenti: ſiue oppoſitum propoſitionis ꝓbande: ex quo ſequitur illud manifeſte falſuꝫ: dicit eẽ falſum. propter quod ſequitur: ꝙ ꝓpoſitio probãda ſit vera. Nihil enim eſt aliud probare aliquid ducendo ad impoſſibile ꝙ ducere aduerſarium ex eo: quod negat: ad aliud magis manifeſte falſum ꝙ illud: quod negat: igitur in ſyllogiſmo ad impoſſibile ſꝫ ꝙ diſtinguitur a ſyllogiſmo cõuerſiuo probatur veritas alicuius propoſitionis. Et qꝛ propoſitio eſt materia ſyllogiſmi: ſyllogiſmus ad impoſſibile ſm̃ ꝙ hmõi magis videtur probare materiaꝫ ſyllogiſmi ꝙ formam: elencus autem differt a ſyllogiſmo ad impoſſibile: qꝛ ſyllogiſmus ad impoſſibile concludit manifeſte falſum: vt habitum eſt per phm̃ in ſecundo prioruꝫ. Sed ad hoc qđ fiat elencus: ſufficit ꝙ concludatur aliquid negatum ab aduerſario: ideo dictus eſt ſyllogiſmus cõtradictionis: vel qꝛ vtraqꝫ pars contradictionis ibi concludit̃: vel qꝛ concluditur qđ ipſe negauit. Propter quod ſyllogiſmus elencus magis habet fieri in materia probabili: quia in tali materia concludi poteſt id: quod aduerſarius negauit. Sꝫ ſyllogiſmus ad impoſſibile proprie habet fieri in materia neceſſaria: in qua habet fieri ſyllogiſmus demõſtratiuus. Sicut ergo logicus: vt eſt vtens nõ vtitur ſyllogiſmo demonſtratiuo: ſed probabili: ſpectat tamẽ ad dyalecticuꝫ dare artem de ſyllogiſmo demonſtratiuo: ſic dyalecticus loquendo de ſyllogiſmo ad impoſſibile: vt nos locuti ſumus: non arguit per talem ſyllogiſmum: ſed arguit per elencum: ſpectat tamen ad ipſum dyalecticum tradere doctrinam ⁊ artem quõ conſtituatur ſyllogiſmus ad ĩpoſſibile: ⁊ ideo dicitur: ꝙ omnes fallacie: que peccant cõtra ſyllogiſmum dyalecticum: reducuntur ad ignorantiã elenchi: non ad ignorantiam ſyllogiſmi ducentis ad ipoſſibile: qđ verũ veruꝫ ſit ⁊ q̃liter: ſi deo dante ſcriberemus ſup elenchis determinaremus dubitationẽ motã. ¶ His aũt viſis dicamus: ꝙ qꝛ materia: circa quam verſat̃ rhetor: non tantum quietat intellectum: ſicut illa: circa quaꝫ verſatur dyalecticus: qꝛ magis ſuperficialiter arguit rhetor ꝙ dyalecticus: qꝛ auditor eius eſt groſſus: vt dicebat̃ circa principium primi huius: ſi nõ ſpectat ad dyalecticuꝫ arguere demonſtratiue: ⁊ ducendo ad impoſſibile: ſed ſyllogiʒat oſtenſiue: vel elentice: multo magis nõ ſpectat ad rhetorem demonſtrare ⁊ arguere ducendo ad impoſſibile. Sed qꝛ rhetorica ẽ aſſecutiua dyalectice: vt dicebat̃ in principio huius libri bene dictum eſt: ꝙ ſicut in dyalecticis differunt ſyllogiſmus oſtenſiuus ⁊ elẽchus: ſic in rhetorica differunt enthimemata: ⁊ oſtẽſiua: ⁊ elencha. Rhetor .n. tanꝙ aſſecutor dyalectici arguit oſtẽſiue ⁊ elentice: nõ autem demonſtratiue: neqꝫ ducendo ad impoſſibile: propter quod melius in noſtra trãſlatiõe habetur. Niſi enthimema elenticũ diuidatur contra oſtenſiuum: ꝙ habeatur in littera arabica: vbi loco elentici habetur enthimemata ducẽs ad impoſſibile. Non .n. arguit rhetor ex enthimemate ducendo ad impoſſibile: niſi accipiatur impoſſibile large: inquantum omne elenchuꝫ: ⁊ omne redarguitiuum quoddam inconueniens: ⁊ quoddam impoſſibile dicunt: quia ⁊ ſi non dicunt inconueniens ſimpliciter: dicũt tamen aliquid inconueniens alicui: qꝛ concludunt aliqđ negatum ab aduerſario. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Fere quidem igitur nobis circa vnãquanqꝫ ſpẽrum vtiliũ ⁊ neceſſarioꝝ habẽtur loci. Elẽtici .n. ꝓpoſitiões circa vnãquanqꝫ: que ſunt. Quare ex quibus locis opꝫ ferre enthimemata de bono: aut malo: aut turpi: aut pulchro: aut iuſto: aut iniuſto: ⁊ de moribus ⁊ paſſionibus: ⁊ habentibus ſimiliter ſumpti a nobis exiſtunt prius loci.

¶ Oſtendit de quibus locis eſt dictum. nam cum habitũ ſit de perſuaſionibus proprijs: cum in primo libro determinatum fuerit de vnoquoqꝫ negocio: quodãmõ ibi dctũ fuit d locis ꝑſuaſiõ ait: ꝙ fere circa vnãquãqꝫ ſpẽz vtiliũ ⁊

neceſſarioruʒ negocio politico nobis.i. a nobis habentur loci: ⁊ etiam a nobis habite ſunt propoſitiões elenticę circa vnamquamqꝫ ſpeciem politicaꝫ: ſiue circa vnumquodqꝫ negocium politicum. Dictum fuit enim ſupra de omni negocio politico vt de deliberatiuo iudiciali ⁊ exclamatiuo: iō ait: ꝙ dictum eſt prius: ex quibus locis opꝫ ferre.i. facere enthimemata de bono ⁊ malo quantuʒ ad deliberatiuum: aut turpi: aut pulchro quantuʒ ad exclamatiuū: aut iuſto: aut iniuſto quantum ad iudiciale: qꝛ hęc dcā ſūt in primo libro: ⁊ etiam exiſtunt.i. ſi ſunt ſimiliter ſumpti prius loci nobis de moribus ⁊ paſſionibus: ⁊ de habentibus mores ⁊ paſſiōes: qꝛ hęc dicta ſunt in ſecundo libro. ¶ Ad intelligentiā autem dictorum notandū: ꝙ vt fuit in pręcedentibus declaratuʒ. pręmiſſa ſunt elēcica ⁊ principia enthimematis: ⁊ etiaʒ loci ſunt hmōi principia. ſed aliter ⁊ aliter: qꝛ pręmiſſę ſunt intrinſeca enthimematis principia. Ingrediuntur enim enthimemata ſm ſubſtantiam: ſed loci ſunt principia enthimematis extrinſeca: nō enim ingrediunt̄ enthimemata ſm ſubſtantiam: ſed ſm virtutem ſolum. Rurſum ibidem oſtenſuʒ fuit: ꝙ qꝛ vniuerſale in particulari non erat aliud ꝙ̄ particulare ipſum vt ratio contrarij vt reſeruatur in albo eſt ipſum album aſſignare in ſpeciali locos circa vnumquodqꝫ negocium politicum eſt accipere propoſitiones ⁊ locos circa vnamquāqꝫ talem materiam: qḋ fecit: cum in primo libro determinauit ſpecialiter de vnoquoqꝫ negocio politico: ⁊ in ſecundo determinauit de paſſionibus ⁊ moribus: ⁊ de habētibus paſſiones ⁊ mores. Spectat.n.ad rhetorem: eo ꝙ ē aſſecutiuus dyalectice: determinare de locis cōmunibus: vt de loco maiori ⁊ minori a contrario: ⁊ alijs talibus. Uerum qꝛ rhetorica non eſt dyalectica ſimpliciter: ſed ē quędam dyalectica applicabilis ad mores: ⁊ ad negocium politicum: ſpectat ad rhetorem non ſolum determinare de locis communibus: ſed etiam aliquo modo de proprijs: Spectat.n.ad ipſum aliquo modo ſumere propoſitiones electas circa vnamquāqꝫ materiam politicam: cuꝫ prius dictum ſit de locis proprijs: ⁊ de ēlēcis. Nūc aūte reſtat dicere de locis cōibus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Adhuc autem ⁊ alio modo vniuerſaliter de omnibus ſumamus deſignantes elenticos ⁊ demonſtratiuos: ⁊ eos q apparentium enthimematum non exiſtentium: qm̄ neqꝫ ſyllogiſmoruꝫ. Manifeſtatis autem his de ſolutionibus ⁊ inſtantijs determinabimus: vnde oportet ad enthimemata ferre.

¶ Poſtꝙ̄ oſtendit de quibus eſt dictum: oſtendit de qbus eſt dicendum. Et duo facit: quia primo narrat ea: de quibus eſt dicendum. Secundo exequitur de illis. Secūda ibi (Eſt autem vnus quidem.) ¶ Dicit ergo: ꝙ poſtꝙ̄ dictum eſt de locis proprijs. adhuc auteʒ alio modo vniuerſaliter.i. cōmuniter de omnibus negocijs politicis ſumamus locos deſignantes elenticos quantum ad enthimemata contradicentia: ⁊ demonſtratiuos quantum ad oſtēſiua: ⁊ eos qui ſunt apparentium enthimematum: non exiſtentium autem enthimematum quantum ad enthimemata ſophiſtica. Cā aūt q̄re enthimemata ſophiſtica nō ſunt de numero exiſtentium enthimematum: ſumitur ex eo: quoniam neqꝫ ſunt de numero ſyllogiſmorum. Non enim reſeruatur in eis ratio ſyllogiſmi rhetorici: ⁊ cū manifeſtauerimus iſta determinabimus de ſolutionibus: et de inſtantijs. ⁊ dicemus vnde oportet ferre inſtantias ad enthimemata cōtra nos facta. Aſſignare autem loca vbi incipit determinare de enthimematibus ſophiſticis: ⁊ de ſolutionibus: ⁊ de inſtantijs non expedit: quia ſunt ſuperius aſſignata.

Eſt autem vnus quideʒ locus oſtēſiuoꝝ ex contrarijs: opꝫ.n.intēdere ꝯſtruētē. ſi contrarium ineſt cōtrario: deſtruentem quidem ſi nō ineſt: puta quia temperatum eſſe bonum. intemperatum enim eſſe nociuum: ſic in meſeniaco. Si.n.pliū eſt cā ꝑſentium maloꝝ: cū pace opꝫ corrigi.

¶ Poſtꝙ̄ oſ̄dit phs dicenduʒ eſſe de locis cōibus: eo ꝙ dictum erat de ꝓprijs. In parte iſta incipit determinare de hmōi oībus locis. ¶ Ad cuius euidentiā notandū: ꝙ loci cōes ſunt aliquo modo adaptabiles cuʒ negocio politico. Aliqui tn̄ iſtoꝝ magis ſunt adaptabiles vni negocio: ⁊ alij qui alij: quia oſtenſiui magis ſunt adaptabiles deliberatiuo ⁊ exclamatiuo. Elentici aūt magis ſūt adaptabiles diſceptatiuo ⁊ iudiciali: qꝛ defendens principaliter intendit cōtradicere accuſanti: ⁊ accuſans defendenti. ſic ēt locorū oſtēſiuoꝝ aliqui magis ſunt adaptabiles negocio deliberatiuo. alij vō magis exclamatiuo. Diuidit̄ g hęc pars in partes tres: qꝛ ṗ phs venatur locos magis adaptabiles negocio deberatiuo. Scḋo venatur eos: qui ſunt magis adaptabiles exclamatiuo. Et tertio iudiciali. Scḋa pars ibi. (Alius ex partibus.) Tertia ibi. (Alius cōmunis ⁊ litigātibus). In conſilijs aūt quę reſpicit negocium deliberatiuum ſimpliciter contingit arguere: vel qa arguimus ex cōtrarijs: vel ex ſilibus: vel ex eiſdē: iō prima pars diuidit̄ i partes tres: qꝛ ṗmo phs docet ſumere locos ſumptos a ꝯ̄trijs. Scḋo docet ſumere locos ſumptos ex ſilib⁹. Tertio ab eiſdē. Scḋa ps ibi. (Alius a ſilib⁹ caſibus.) Tertia ibi. (Alius ex diffōne). Per locū aūt a ꝯ̄trijs poſſumus arguere ꝯſtructiue ⁊ deſtructiue. Iō circa ṗm̄ duo facit: qꝛ ṗ° docet ſumere locū a ꝯ̄trijs put ꝑ ipſum arguimus ꝯſtruendo vera. Scḋo put arguimus deſtruendo. Scḋa ps ibi. (Sigdē.n.) ¶ Dicit g ṗ°: ꝙ ne numero locoꝝ oſ̄ſiuoꝝ ſupple adaptabiliū negocio deliberatiuo eſt vnus locus ex ꝯ̄trijs: opꝫ.n.intendere: ꝙ ſi cōtrarium eſt in cōtrario. ⁊ aliud ꝯ̄rium eſt in alio ꝯ̄rio: ⁊ ſi nō eſt vnum contrariorum i alio contrario. nec reliquum reliquo. Continget ergo in huiuſmodi locis arguere cōſtruētem ⁊ deſtruentē quidē ſi nō ineſt: conſtruentē aūt ſi ineſt. Ponit aūt exēplū de ꝯſtruēte: ſi tempatū eē ē bonū: ⁊ intemperatuʒ eſt nociuum. Tēperatū aūt ⁊ intemperatū ſunt contraria: bonū ⁊ nociuuʒ ſunt contraria. Si ergo vnum contrariorum eſt in alio: ⁊ reliquum in reliquo: ſic etiaʒ in meſeniaco: vel in meſina: vt habet alia littera: qꝛ pręlium fuit cauſa pręſentiuʒ malorum: oportet tale bellum corrigi cum pace: quia oportet nos habere pacē: quę erit cā priuū bonoꝝ. ¶ Deinde.c.d.

¶ Siquidē.n.neqꝫ his: que male egerunt inuoluntarie iuſtum in iram: eadeʒ neqꝫ ſi coactus quis bene egerit in aliqueʒ: conueniens ē huic deberi gratiam. Sed ſiquidem inter homines eſt falſo concionari putare: probabile probare oportet: ⁊ contrarium autem: credibilia vera multa accidere hominibus.

¶ Nunc docet arguere per locum a contrarijs deſtructiue: quia ſi non eſt iuſtum: ꝙ homo cadat in iram: ideſt ꝙ homo iraſcitur his: qui male egerunt inuoluntarie: non eſt inconueniens ſi aliquis coactus ⁊ inuitus bene egerit erga aliquem huic deberi gratiam. Merita enim ⁊

demerita

demerita ſunt voluntaria. Si.n. non condemnatur male agens inuite: non debet pmiari bene agens coacte. ¶ Addit aũt ſcđm exẽplũ: ꝙ ſi probabile eſt inter homines cõcionari falſo: putare oportet ⁊ contrarium: quia multa vera accidunt hominibus incredibilia. Si eniʒ probabilia poſſunt eſſe falſa: vera eſſe poterunt non probabilia: ⁊ incredibilia. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Alius aſſimilatur caſibus. Similiter eniʒ oʒ exiſtere: aut non exiſtere: puta qꝛ iuſtum nõ oẽ bonum: etenim vtrūqʒ qđ iuſte. Nec autem eligibile iuſte mori.

¶ Docet ſumere locos a ſimilibus: ⁊ qꝛ ſimilitudo includit dr̃iam: cum ſimilitudo ſit rerum differentium eadem qualitas: adeo duo facit: qꝛ primo ponit locos a ſimilibus. Scđo ponit locos a differentijs. Scđa ibi. (Alius a maiori). Prima diuiditur in duas ſm ꝙ tales duos locos ponit: qꝛ primo ponit locum a ſimilibus caſibus. Scđo a ſimilibus habitudinibus agẽtis ad patiẽs. Scđa ibi. (Alius ex his.) ¶ Caſus.n. hic accipiť ſm ꝙ eſt reflexio nominis in aduerbiũ: quecqđ.n. deriuatur ab aliquo quodãmodo cadit ab illo: qꝛ ergo aduerbia deriuantur a nominibus quodãmodo cadunt ab eis. Scđʒ hos locos poſſemus arguere affirmatiue ⁊ negatiue: qꝛ ſimiliter oʒ exiſtere ⁊ nõ exiſtere in ſimilibus caſibus: puta ſi iuſtum non oẽ bonuʒ.i. ſi iuſtum non eſt ſemper bonum: etiam iuſte nõ erit ſemper bonum. Qꝛ aũt iuſtum non ſit ſemper bonũ pʒ: qꝛ nec bonũ eſt: nec eligibile iuſte mori. ille.n. iuſte moritur: qui bonis ſic eligentibus moritur. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Alius ex his: que adinuicem. Si.n. alteri exiſtit: ꝙ bene: aut iuſte feciſſe: alteruʒ paſſuʒ eẽ: ⁊ ſi pcepiſſe ⁊ feciſſe: puta vt thelonearius negocians de theloneis. Si.n. neqʒ nobis turpe vendere: neqʒ nobis emere. Et ſi paſſo qđ bene: aut iuſte exiſtit: ⁊ ei qui fecit: ⁊ ſi ei qui fecit ⁊ ei qui paſſus fuit.

¶ Ponit ſecundum locum. Et duo facit: qꝛ primo ponit dictum locum. Secundo oſtendit quomodo contingit paralogiçari contra talem locum. Secunda ibi. (Eſt autem in his.) Dicit ergo: ꝙ alius locus ſumitur ex his: quę ſunt adinuicem: qꝛ iſte locus ſumitur ex actiuis ⁊ paſſiuis: inter actiuum.n. ⁊ paſſiuum opʒ eſſe adinuicem ꝓportionẽ aliquã. Poſſumus autem p hunc locum ſic arguere: qꝛ ſi alteri.i. actiuo exiſtit bene: aut iuſte feciſſe: alterũ vt paſſiuum paſſum eſſe contingit iuſte: ⁊ ſi aliquem pcepiſſe cõtingit iuſte: ⁊ ꝙ pręcepit feciſſe aliqđ ẽ iuſte: vt thelonearius.i. cãpſor: vel tiplarius de theloneis dicit: ſi nobis nõ ẽ turpe vẽdere: neqʒ nobis eſt turpe emere: ſi vendẽtes nõ male tradũt: emẽtes non male recipiunt: conuertitur autem iſte locus: qꝛ ſi paſſo cõtingit iuſte pati: ⁊ ei qui fecit iuſte facere: ⁊ ei qui fuit paſſus iuſte pati. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Eſt aũt in his paralogizari. Si eniʒ iuſte mortuus: iuſte paſſus fuit: ſi forte non propter qđ oportet intendere ſeorſuʒ: ſi ẽ dignus qui patitur pati: ⁊ qui fecit feciſſe: deinde vti qualitercunqʒ congruit: aliquando enim diſſonat qđ tale: ⁊ nihil prohibet.

¶ Oſtendit quomodo circa talem locuʒ contingit paralogiçari. Ad cuius euidentiam notanduʒ: ꝙ non poſſumus arguere ex agente ad patiens: niſi comparemus actiuũ ad proprium paſſiuum: ſicut.n. non poſſumus cõcludere poſſibile poni in eſſe: niſi comparemus actiuum ad proprium paſſiuum: ſic non poſſumus concludere poſſibile poni in eſſe: niſi comparemus potentiam ad ꝓprium actum. ſi ḡ nõ ꝯpeim⁹ paſſiuũ ad ꝓpriũ actiuũ paralogiçamus. Põt ergo contingere aliquẽ iuſte pati: ⁊ tñ alius non iuſte agit: non enim ſpectat ad quemlibet punire malefactores. malefactores ergo iuſte puniuntur: ſed ſi non habens poteſtatem vellet eos punire: iniuſte puniret ipſos. Duo ergo facit phs: quia primo oſtendit quomodo circa talia contingit paralogiçari. Secundo quod dixerat manifeſtat per plura exẽpla. Secunda ibi. (Ut Alcmeoni theodecti.) Dicit ergo: qꝛ contingit paralogiçari: qꝛ ſi iuſte aliqs mortuus eſt: ⁊ iuſte paſſus fuit: forte nõ iuſte paſſus eſt a te: qꝛ non iuſte occidiſti ipſum: ſi nõ ſpectat ad te iudiciũ eius: ideo oportet intendere ſeorſum: ⁊ cogitare diligenter ſi qđ patitur eſt dignus pati: ⁊ ſi quid fecit eſt dignus feciſſe. Deinde debemus cogitare qualitercunqʒ cõgruit: quia debemus omnes circunſtantias aduertere: quę congrue faciũt actiuum proportionatum paſſiuo: quia aliquãdo quod tale eſt diſſonat: ⁊ nihil prohibet ipſum diſſonare: qꝛ non cõparamus actiuũ ad ꝓprium paſſiuũ. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Ut Alcmeoni Theodecti. Matrem autem tuam aliquis non odibat Ait reſpondens. diſtinguentem oportet oſtendere. Interrogate autẽ Alphesibea: qualiter hanc quideʒ mori iudicauerit: me aũt nõ opʒ occidere. Et ꝙ đ Demoſthenis iudicio: ⁊ de his: qui interfecerunt Nicanorem. Quoniã enim iuſte iudicati ſunt mori: iuſte videbãť iterficere. Et đ apud Thebas mortuo: de quo precepit iudicare ſi mortuus erat perimere: tanqʒ non iuſtuʒ ſic interfeciſſe: iuſte mortuum.

¶ Oñdit ꝙ a pędicta arte deuiabat dictu3 Pithagorę dicens: ex hoc homines iuſte moleſte ferebant ſponſionem Pithagorę. i. dcm̄ Pithagorę: vel monitus eius: vt ſonat alia littera. Forte. n. Pithagoras dicebat magis tuēdā eē partem accuſantis ꝗ̃ accuſati: quod valde durum erat dicere: quantumcunq3. n. ſit veriſimile crimē: quod alteri imponitur: ſemper homo debere timere: ne illud impoſitu3 ſit falſum: τ ſi non eſt verum: eſt tamē apparens veriſimile. Addit aūt ꝙ in nulla parte poteſt ſyllogiçari vtraq3 pars ꝯtradictiōis: niſi in rhetorica τ in litigioſa. ¶ Poſſet aūt hęc fallacia adaptari ad ignorantiam elenchi: q2 hic docetur ſyllogiçari vtraq3 pars contradictionis: τ fallacia illa poſita in principio fallaciarum extra dictionem: vbi ex ſigno eſt aliquid inſyllogiçatum: vt cum oſtenditur: ꝙ aliquis eſt fur: ꝙ eſt malignus: poſſet adaptari ad fallacia3 ſm quid τ ſimpliciter. Nam malignus eſt aliquo mō fur: quia in quolibet vitio quodāmodo omne vitium cōtinetur. ideo vitia oppoſita ſe quodāmodo continent. Nā prodigi quodāmodo ſunt auari: q2 tales vtplurimum inclināt̄: vt accipiant vnde non debent: ſic τ qui amat quodāmodo confert: q2 confert voluntate: τ ſi non opere. Expoſitio autē littere patere poteſt per iam dicta: qualitercunq3 legatur textus. ¶ Ultimo epilogat: ꝙ de enthimematibus entibus quantum ad enthimemata vera: τ apparentibus quantum ad ſophiſtica dcm̄ eſt. i. determinatū eſt.

DE ſolutione autem habitum dictis ē dicere aut ꝯtra ſyllogizātē: aut inſtantiam ferentem.

¶ Poſtꝗ̃ ph̄s determinauit de enthimematibus tam exiſtentibus ꝗ̃ apparētibus in quo inſtruxit opponentem τ accuſantē. in parte iſta determinat de ſolutionibus τ inſtantijs. Secundo de quibuſdam annexis. Secunda ibi. (Augere autez τ minuere.) ¶ Circa primū duo facit: quia ſolutio dupliciter poteſt conſiderari. ſ. ad eius partes: in quas diuiditur: τ ad enthimemata: quę per ſolutiones ſoluuntur. Primo ergo determinat de ſolutione quantum ad eius ptes. Secūdo quantum ad enthimemata: quę ſoluuntur ꝑ ipſam. Secunda ibi. (Qm̄ aūt enthimemata.) ¶ Circa primum duo facit: q2 primo dicit: qḋ dicendu3 eſt de ſolutione: τ oſtendit quot modis contingit ſoluere. Secundo determinat de quocunq3 illorum modoru3. Scḋa ibi. (Circa ſyllogiçare quidem.) ¶ Dicit ergo: ꝙ habitum dictis .i. conſequenter dictis eſt dicere de ſolutione. Addit autē quot modis contingit ſoluere: q2 dupliciter. Nā enthimemata ſoluimus vel contra ſyllogiçando: vel inſtantiam ferendo. ¶ Deinde cu3 dicit.

¶ Contra ſyllogizare quidem igitur palam: q2 ex eiſdem locis contingit facere ſyllogiſmos: q̄dam enim ex probabilibus: que autem vident̄ multis contraria adinuicem ſunt.

¶ Determinat de membris diuiſionis. Et duo facit: q2 primo determinat de contraſyllogiçare. Secundo de inſtantiam ferre. Secunda ibi. (Inſtantię ferantur autem.)

¶ Dicit

Dicit ergo: ꝙ de ſolutione illa: que eſt ꝯtra ſyllogiſare: palam pōt eſſe ex dictis: q2 ex eiſdē locis contingit contraria ſyllogiſare. Nā ſyll's rhetoricus: cui aſſignati ſunt loci: eſt ex probabilibus: que aūt videnť multis contraria ſumpta adinuicē: ⁊ que videnť multis ſunt ꝓbabilia: opꝫ ꝓbabilia eſſe ꝯtraria. Nō ģ opꝫ ſpecialē facere tractatū de ꝯtra ſyllogiſatione: qui eni ſcit ex probabilibus ſyllogiſare: ſcit ex eis ꝯtra ſyllogiſare. ⸿ Notādū aūt: ꝙ ꝯtra ſyllogiſare nō eſt ſoluere: etiaꝫ ſi ad mille incōueniētia reducant. nō tamē eſt incōueniēs: q2 qđ nō eſt ſolutio ſimplr eſſe ſolutionē rhetoricā ꝯtra ſyllogiſare. ergo pōt eē ſolutio rhetorica: quia rhetor quaſi in omnibus ſuperficialr videť in cedere. ⸿ Deinde cum dicit.

⸿ Inſtantie autem ferunť: queadmodū ⁊ in topicis quadruplr: aut enim ex eodē: aut ex contrario: aut ex iudicatis.

⸿ Determinat de alio modo ſoluēdi: vt de iſtātia. Et duo facit: q2 p'io enarrat inſtantias. Scđo determinat de vna quaqꝫ illarū. Scđa ibi. (Dico autem ex eodē.) Dicit ergo ꝙ inſtātie: ſicut dictū eſt in topicis: quadruplr poſſunt ferri: quia aut homo inſtat ex eodē: aut ex ſimili: aut ex ꝯtrario: aut ex iudicatis. ⸿ Deinde cum dicit.

⸿ Dico autem ex eodeꝫ quidē. puta ſi de amore ſit enthimema: ꝙ eſt ſtudioſus. Inſtātia ſit duplr. Aut eni vniuerſalr dicere: q2 ois idigētia mala. Aut particulariter: q2 non vtiqꝫ diceretur optimus: aut peſſimus amor: niſi eſſent etiam mali amores.

⸿ Determinat de vnoquoqꝫ dictorū. Et duo facit: q2 p'io determinat de inſtantia ſumpta ex eodem. Scđo de ſumpta ex contrario. Tertio de ſumpta ex ſimilibus. Quarto de ſumpta ex iudicatis. Scđa ibi. (In cōtrario autē inſtātia.) Tertia ibi. (In ſimilibus autem.) Quarta ibi. (Iudicia autem.) Dicit ergo: ꝙ ex eodē pōt fieri inſtantia dupliciter: ſi qs de amore faceret enthimema dicens: ꝙ omnis amor eſt ſtudioſus: duplr pōt fieri inſtantia: aut vniuerſaliter: quia ois indigentia mala: quicūqꝫ autē amat: videť indigere. ergo ois amor malus. nullus igiť ſtudioſus. Aut poteſt ferri inſtantia contra dictū enthimema particulariter: q2 cum dicať: ꝙ aliquis eſt amor optimus: aliqs peſſimus: hoc non diceretť: niſi eſſent aliqui amores mali. non ergo omnis amor ſtudioſus. ⸿ Deinde cum dicit.

⸿ In contrario aūt inſtātia fertur. puta ſi enthimema ſit ꝙ bonus vir omnibus amicis bene faciat: ſed ꝙ qui malus male.

⸿ Docet ſumere inſtantiā in contrario: ſed ſi quis faceret aliquod enthimema: ꝙ vir bonus beneficiat oibus amīcis poſſet inſtare i cōtrario: ꝙ vir malus maleficiat oibus amicis. Iſta autem inſtantia eſt a contrario: maleficium enim eſt cōtrarium beneficio. ſi eniꝫ malus non malefacit oibus: neqꝫ bonus benefacit oibus. ⸿ Deide cū dicit.

⸿ In ſimilibus autem ſi ſit enthimema: ꝙ qui male receperunt: ſemper odiant.

⸿ Docet inſtare in ſimilibus dicens: ꝙ ſi fiat enthimema ꝙ qui male receperunt ſemꝑ odiant: poſſunt inſtare in ſimilibus: q2 qui bene receperunt: nō ſemꝑ diligunt. Similiter enim qui bene recipit: videť ei debere diligere: ſicut ģ male recipit odire: loquēdo de vita politica: vt phs logť ſꝫ ꝙ amicis bńfacere ⁊ inimicis male nō ſūt ꝯria. ſꝫ vtrūqꝫ eſt boni moris: vt diciť in ſcđo topicoꝝ. Scđꝫ tñ v'itatē ecōtrario eſt dicēdū: q2 debemus diligere inimicos nřos ⁊ benefacere his qui oderunt nos: vt veritas dicit: qđ quō ſit intelligendū non eſt p'ntis ſpeculatiōis. ⸿ Deide. c. d.

⸿ Iudicia autem que a notis viris. puta ſi aliqs enthimema dixit: ꝙ inebriatis oportet veniam habere: ignorantes autem peccant. Inſtat igitur Pithacus laudabilis. Ipſe eniꝫ vtiqꝫ maius dānū lege ſtatuit: ſi qs iebriat' peccauerit.

⸿ Docet ferre inſtantiā ex iudicatis dicens: ꝙ ſi quis fecerit enthimema: ⁊ dixerit ꝙ inebriatis debemus dare veniam: quia peccant ignorantes: poteſt fieri inſtantia circa hoc per iudicia: que ſunt iudicata a notis viris. Nam Pithacus laudabilis ⁊ famoſus: ſicut vtiqꝫ iudicauit: ſic eſt faciendum. Ipſe enim per legem maius damnum ſtatuit ſi quis inebriatus peccauit. Ebrijs enim duplices increpationes debentur: ſicut dicitur in tertio ethicorum.

Quoniā aūt enthimemata ex quattuor. Quattuor aūt hec ſunt ychos exemplū: thechameriū ⁊ ſignum.

⸿ Poſtq̄ determinauit phs de ſolutiōe quantū ad ſuas partes: in parte iſta determinat de ipſa ſolutōe vt pōt adaptari ad omnia genera enthimematū. Et tria facit: q2 p'mo diſtinguit quattuor genera enthimematū. Scđo exemplificat de eis. Tertio docet adaptat ſolutionē ad qđlibꝫ eorꝫ. Scđa ibi. (Sunt autem.) Tertia ibi. (ycbos autē nūq̄.) Dicit ergo: ꝙ enthimemata dicunť eſſe ex quattuor: quia quattuor ſunt: ex quibus poſſunt fieri enthimemata. ſcilꝫ ycbos exēplū thechameriū ⁊ ſignū. ⸿ Notādū aūt: ꝙ oēs perſuaſiones cōmunes ſūt exēplū ⁊ enthimema. vt ſupra dictuꝫ ē: que quō differunt ſupra oſtenſum fuit. Enthimema quidē pōt fieri in triplici figura. Et ſꝫ ꝙ in alia ⁊ alia figura fit: ſic ex alijs ⁊ alijs fieri diciť: q2 vt diciť in p'ia figura diciť fieri ex thechinenis. in ſcđa ex ycotib': i tertia ex ſignis. Proprie ergo enthimema fit ex tribus: ſed large ſumptū icludit exemplū: ꝓpter qđ enthimema cōiter ſumptū diciť fieri ex quattuor. ⸿ Itē notādū ꝙ ſm tres figuras ſignū triplr pōt accipi. Primo vt accipiť in tertia figura: ⁊ ſic accipiť hic vt diuidiť ꝯtra ycotē: ⁊ thechameriū: ꝙ forte: ideo cōtingit: q2 ſignū in ꝓpria figura hꝫ propriū nomē: q2 diciť thechameriū: in ſcđa diciť ycos: in tertia aūt q2 nō habuit ꝓpriū nomē: retinuit ſibi cōe nomen ⁊ diciť ſignū. Scđo mō pōt accipi ſignū: vt diuidiť contra ycotē: ⁊ ſic ſignū includit thechamerium. ⁊ hoc modo accipit ſignū phs p'mo huius. ⁊ ſcđo p'orū: ꝙ enthimema fit ex ycotibus ⁊ ſignis. Tertio mō pōt accipi figura oino cōmuniter: vt includit oia ſigna: ⁊ ſic accipit ſignū phs ſcđo priorū: cū diſtinguit ſignū: in tres figuras. Sic ⁊ ycos pōt cōiter accipi ad oēs tres figuras. ycos enim vt dicitur ſonare alia littera: idem eſt qđ imago: vel ſilitudo. Et q2 oē ſignū eſt quoddā viſile: oē ſignū pt dici ycos. ⸿ Dei. ⁊c.

⸿ Sunt autem quidem ex his: que vt in pluribus: aut exiſtentibus: aut opinatis cōcluſa enthimemata ex ycotibus: que aūt per iductionem per ſimile: aut vnū: aut plura: cuꝫ poſtq̄ acceperit vniuerſale: deinde cōcluſerit per exēplum particularia.

⸿ Exponit illa quattuor genera enthimematū. Et duo facit: q2 primo exponit dicta enthimemata accipiendo ycotem large: put icludit oia ſigna triū figurarū. Scđo ſpālr diuidit ſignū ſm tres figuras. Scđa ibi. (Que autem valde.) Dicit ergo ꝙ enthimemata: que ſunt ex his: que vt in pluribus quantum ad ſigna ſcđe figure: aut exiſtentibus

quantū ad ſigna primę figurę:quę dicunť exiſtentia:quia ſunt quaſi ex neceſſario:aut ex inopinatis quātū ad ſigna tertie figurę:quę ſunt valde debilia.talia aūt entbimemata dicantur eſſe cōcluſa ex ycotibus. Dictū eſt autē ꝙ accipit ycotem large:vt includit ſignū cuiuſlibꝫ figurę. Expoſita ſunt ergo tria genera entbimematū.Quartū autez genus entbimematū:quę fiunt per iductionē.ideſt ꝑ exēplum : ſic fieri debet:qꝛ fiunt per vnum ſimile:vel ꝑ plura:qȯ ſic fit:quia ꝑmo accipimus vle.deinde concludim⁹ particularia per exemplū. Naꝫ ꝑmo accipimus:ꝙ ois expetens munitiones vult tyrānizare.deinde cōcludimus:ꝙ Dionyſius expetens munitiōes tyrānizabit:quia Piſiſtratus prius hoc faciēs tyrānizauit. ¶ Deinde cuꝫ dicit.

¶ Quod autem valde neceſſarij ⁊ entis per techameriū. Que autem per vniuerſale:aut per in parte ens ſiue ens:ſiue non:per ſigna.

¶ Diſtinguit ſignū ſm tres figuras dicens:ꝙ entbimemata:q̄ ſūt ꝯcluſa ꝑ efficatiā ſigni valde neceſſarij:⁊ entis:talia āt entbimemata ꝯcludūť ꝑ thechameriū:quę aūt fiūt per ſignū vle ens.i.per ſignū qȯ hꝫ eſſe:vt in plurib⁹ quantum ad ſecundā figurā:aut ꝙ habꝫ eſſe:aut nō eſſe in parte quantū ad tertiā:talia entbimemata fiūt per ſigna. Accipit autē hic ſignū:vt icludit ycotē.Et dicit:ſiue ens:ſiue non per ſignū poſſumus arguere affirmatiue ⁊ negatiue. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Icos aūt nunq̄ ſemꝑ:ſed vt in pluribus manifeſtum ꝙ talia entbimemata ſemper eſt ſoluere ferendo inſtantiam.

¶ Docet ſoluere omnia dicta genera entbimematū ꝑpter qȯ q̄tuor facit:quia ꝑmo docet ſoluere ad ycota.ſecundo ad ſigna.tertio ad exēplaria.quarto ad dtineria. Secūda ibi.(Soluūť aūt.) Tertia ibi.(Ad exēplaria aūt.) Quarta ibi.(Detineria aūt.) Circa primū duo facit:qꝛ ꝑmo docet ſoluere ad ycota. Scḋo oſtēdit qūo ꝯtingit paralogizari circa talē ſolutionē. Scḋa ibi.(Solutio autē appar ēs) Dicit ergo ꝙ ycos nunq̄ eſt ſemꝑ:ſed vt in plurib⁹. Ycos enī eſt ſignū in ſcḋa figura. In ſcḋa aūt figura nō ē ſignū neceſſariū:ſed eſt vle.ideſt eſt vt in pluribus.ideo manifeſtum eſt:ꝙ ſemꝑ contingit ſoluere talia entbimemata ferendo inſtantiā in his:in quibus deficit.ex quo tale ſignū nō eſt in oībus:deficit in aliquo particulari:in quo poteſt fieri inſtantia. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Solutio autem apparens:ſed non vera ſemper. Non enim ꝙ nō ycos ſoluit qui inſtat:ſed qȯ non neceſſariū: ꝑpter qȯ ⁊ ſemper cōtingit abūdare defendentem magis q̄ accuſantem propter hunc paralogiſmum.

¶ Oſtēdit qūo contingit paralogizari circa tales ſolutōes: Et tria facit:qꝛ primo facit quod dictū eſt. Scḋo quoddā qȯ ſumpſerat ꝑbat. Tertio ex hoc docet ſufficienter ſoluere. Scḋa ibi.(Qm̄ enī gdē.) Tertia ibi.(Igiť ſufficiēs.) Dicit ergo:ꝙ ſolutio data per inſtantiā nō eſt ſemꝑ vera: ſed aliquādo eſt apparens. Uere eniꝫ ſoluere ad ycota eſt oſtendere:ꝙ ycos non ſit ycos:⁊ ꝙ ꝑpoſitū tanq̄ veriſile non eſt veriſimile. Qui ergo inſtat non ſoluit:ꝙ ſit ycos: ſed ſoluit:ꝙ ſignum aſſignatum non ſit neceſſariū ꝑpter hoc ꝙ hunc paralogiſmuꝫ.i. ꝑpter hoc:ꝙ hic paralogizamur in ſoluendo ad ycota ſm talia genera entbimematū contingit magis abundare defendētē q̄ accuſantē : qꝛ melius poſſumus ſoluere ycota. ¶ Deinde cuꝫ dicit.

¶ Quoniam enim qui accuſat per ycota oſtendit. Eſt autem non idē ſoluere:aut qꝛ nō ycos aut qꝛ non neceſſariuꝫ. Semꝑ aūt hꝫ inſtantiā ꝙ in pluribus ycos:ſed non enī vtiqꝫ eēt ſemper ⁊ neceſſariū. Iudex autem putat:ſi ſic ſolutum eſt:aut non ycos eſſe:aut nō ſibi iudicādum paralogizatus:ſicut diximus. Nō enim ex neceſſarijs opꝫ ipſum ſoluꝫ iudicare:ſed ex ycotibus. Hec enim eſt ſnīa optima iudicare.

¶ Probat qȯ aſſumpſerat.vꝫ.ꝙ inſtare nō eſt ſoluere ad ycotem. Soluere enī ad ycotē eſt deſtruere.ycos autem non deſtruit per inſtantiā qualēcūq;:quia de ratione ycotis eſt:ꝙ non ſit in oībus:ſed in pluribus. Et ꝙ poſſit ad ipſum fieri inſtantia:ideo ait:ꝙ ille qui accuſat:oſtendit ꝑ ycota:ſed ſoluere:qꝛ non eſt ycos:ſiue deſtruere ycotē:nō eſt enim idem qȯ oſtendere ipſuꝫ non eſſe neceſſariū. De ratione tn̄ ycotis eſt:ꝙ habꝫ inſtantiā:⁊ ꝙ ſit vt in pluribus.imo ſi eſſet in omnibus non:vtiqꝫ eſſet ycos:ſed eſſet ſemper:⁊ neceſſariū. Iudex aūt paralogizať:ſicut dixim⁹ quādo ſit ſolutū per inſtantiā:vt dictū eſt:aut non credit illud ſignū eſſe ycos:aut putat ſibi non eſſe iudicandū:ꝙ accuſatus ſit reus ꝑpter talia ycota. Sꝫ hoc non opꝫ:quia non ſolū oꝫ iudicē iudicare ex ſignis neceſſarijs:ſꝫ etiā ex viſimilibus:ſiue ycotibus:⁊ aliqñ hęc eſt optīa ſnīa ſic iudicare. Nūq̄ enī quis poſſet cōuincere:ꝙ eſſet ad vle per ſigna neceſſaria:ſed per ycota:⁊ per ſigna veriſimilia:vt ſi inuentus ſit nudus cū nuda:ſolus cū ſola:tēporibus ſuſpectis:quę omnia:ſi nō ſunt neceſſaria:ſed ycota:iuſte tamē lex per talia iudicat. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Igiť inſufficiēs ſi ſoluat ꝙ nō neceſſariū:ſed opꝫ ſoluere ꝙ non ycos. Hoc āt accidit ſi ſit inſtātia magis vt in plib⁹. Cōtingit eē talē duplr aut i tpib⁹:aut i reb⁹: ꝑpꝛijſſime aūt ſi in ambobus. Si enī q̄ ſepius.ita hoc eſt ycos magis.

¶ Docet ſoluere vere ⁊ cōuertere dicēs: erit igiť iſufficiēs ſolutio:ſi ſoluat ꝙ nō eſt neceſſariū:quaſi dicat nō in vno ſed ſi debꝫ eſſe vera ſolutio:opꝫ ſoluere ꝙ nō ſit ycos:⁊ ꝙ non ſit veriſimile. Hoc ꝯtingit ſi ferať inſtantia vt in pluribus:quia tunc oſtendeť:ꝙ non ſit ycos. Ferre aūt inſtātiam in pluribus ꝯtingit duplr:vel in tēporibus:vel in rebus: ꝑpꝛijſſime autē ſolueť ycos:ſi in ambobus ferať inſtantia. Siquis enī inculpatus de adulterio:qꝛ fuit ſolus cū ſola repertus duplr poſſet excuſare. Primo reſpectu ⁊ ratione rei:oſtendens plures hoīes fuiſſe ſolos cū mulieribus:⁊ tamē nec cōmiſiſſe verenda:vel ratione tempoꝝ: oſtendendo ꝙ ſepius ſic inuentus nō eſt operatus malū: ⁊ ſic magis proprie deſtruiť ycos:vel cōſtruiť. Quia ſi aliquis ſępe male facit cū aliqua.ſi inueniatur ſolus cuꝫ illa eſt violenta ſuſpicio cōtra eum.ideo ait.ſi enim quę ſępi⁹ ita hoc eſt magis ycos. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Soluuntur autez ⁊ ſigna:⁊ per ſigna entbimemata dicta:⁊ ſi ſint exiſtentia:ſicut dictum eſt in primis. Quod enim inſyllogizatum eſt omne ſignum palam nobis ex analogicis.

¶ Docet ſoluere ad ſignum dicens:ꝙ ſigna ⁊ entbimemata dicta:ſi fiant per ſigna ſoluunť : dato ꝙ ſint exiſtentia ſicut dictum eſt in primis.i.in prioribus palā eſt cū nobis ex analogicis.ideſt libro ꝑorū:ꝙ inſyllogizatū eſt omne ſignum. Signū enim accipiť prout contrahiť ad tertiam figurā:⁊ diuidiť cōtra detineriū ⁊ ycotē. Tale eniꝫ ſignū vt diciť circa finem ſcḋi ꝑorū:ſemper eſt inſyllogizatū. Gratia autē arguendi nunq̄ valet arguere per ſignuꝫ in tertia figura:nō.n.ſignificatus eſt ſapiēs ⁊ ſignificatus eſt

ſtudioſus

ſtudioſus:ſapiens eſt ſtudioſus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Ad exemplaria autem eadem ſolutio: ⁊ ad ycota. Si enim habemus aliquid non ſic ſolutum:eſt non neceſſariū:niſi que plura:aut ſepius alr. Si alias: ⁊ que plura: ⁊ que ſit oppugnandū: aut ꝙ preſens non ſimile:aut non ſimiliter differentiā quandam habet.

¶ Docet ſoluere ad enthimemata conſtituta ex exemplis dicēs:ꝙ eadē eſt ſolutio:⁊ ad exemplaria:⁊ ad ycota. Nā ſi probaꝶ nobis aliqd per exēplū:poſſumus oſtendere ꝙ in aliquo non ſic ſolutum erit:ꝙ nō eſt neceſſariū:ſ; etiā erit ſolutū ſimplr.nā; ſicut inſtando ycoti oſtendebamꝰ ycotem non eſt neceſſariū:ſ; nō ſimpliciter eſt ſolutū. Si ergo volumus ſoluere exempla ſimpliciter:opꝫ nos oſtēdere:ꝙ in pluribus:⁊ ſepe eſt alr ꝙ̄ ꝓponaꝶ. Sꝫ ſi contingat:ꝙ aduerſarius ponat plura exempla cōtra nos:⁊ oſtēdat ſic falſe:vt ait:ſic poterimus ipſum oppugnare oſtendentes:ꝙ preſens negociū:de quo verſaꝶ queſtio modo non eſt ſimile negociū aſſignatu; quantū ad rem:aut nō ſimilr factū quantū ad modū:aut habꝫ quandā differentiā quantū ad circumſtantiā. Duplr enī poſſumus ſoluere ad exemplū:aut q2 non eſt in pluribus:⁊ ſepe:⁊ tūc quaſi peccat in materia:aut q2 non bene adaptaꝶ ad propoſitū: ⁊ tunc quaſi peccat in forma. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Detineria autē ⁊ rethineroda enthimemata ſm inſyllogizatum quidē non eſt ſoluere. Palam autē ⁊ hoc nobis ex analeticis. Reliquū autē ꝙ nō exiſtūt:ſ; qđ dicitur: oſtēdere. Si autē manifeſtū ſit: ⁊ ꝙ exiſtit: ⁊ ꝙ accipit vera tūc retineriū inſolubile iam hoc ſit. Omnino enim ſit demonſtratio iam manifeſta.

¶ Docet ſoluere ad enthimemata facta in prima figura: que ſunt concluſa ex detinerijs:ſiue ex prodigijs:vt ſonat alia littera. Dicit ergo:ꝙ detineria:⁊ enthimemata rethineroda.ideſt enthimemata facta ex talibus ſignis:palā ꝙ non cōtingit ſoluere:ſm inſyllogiçatū:quia ſemper talis articulus teneꝶ gratia forme:vt pꝫ ex analeticis.ideſt ex prioribus. In ſcđo enī priorū caplo de enthimematibus dicit ꝙ enthimema:ſiue ſyllogiſmus electus factus in prima figura:eſt inſolubilibus:ſi ſit verus. Nō ergo poſſumꝰ ſoluere:ꝙ nō ſyllogiçet:⁊ ꝙ peccet in forma:ſed ſolum relinquitur nobis oſtēdere ꝙ non exiſtunt premiſſe:ſ; ꝙ dr ideſt ꝙ peccat i materia. Si māifeſtū ſit ꝙ exiſtit:⁊ ꝙ accipit vera:tunc retineriū eſt inſolubile:oino enim iam ſit manifeſta demōſtratio:ſm ꝙ eſt poſſe in mā rhetorica.

Augere autem ⁊ minuere nō ſunt enthimematum elementū. Idem enim dico elementū ⁊ locum. Eſt enim elementum locus: in quo multa enthimemata icidūt. Ipſiꝰ autem agere ⁊ minuere ſunt enthimemata ad oſtendendū:ꝙ magnū aut paruū ⁊ ſicut ꝙ bonum aut malū:aut iuſtum aut iniuſtū: ⁊ alioꝝ quodcūq;. Hec aūt ſi nō ſint oia circa que ſyllogiſmi ⁊ enthimemata. quare neq; hoꝝ vnūqđq; enthimematis locus.

¶ In parte iſta determinat phs de augmento ⁊ diminutione:que videꝶ eſſe annexa perſuaſionibus:augere enī; ⁊ minuere ſunt annexa enthimematibus:⁊ quodāmodo per enthimemata concluduntꝶ.non tamen ſunt eis annexa ſicut loci:nec ſicut ſolutiōes. Duo ergo facit phs:quia primo oſtendit:ꝙ augmentū ⁊ diminutio non ſunt annexa perſuaſionibus ⁊ enthimematibus tanꝙ̄ principia:q2 non ſunt locus. Scđo oſtendit non eſſe huiꝰ annexa tāꝙ̄ ſolutiones. Scđa ibi. (Neq; augere.) Dicit ergo:ꝙ augere ⁊ minuere nō ſunt elementū enthimematū.i.non ſunt annexa enthimematibus:ſicut elemēta ſunt annexa elementatis:nec etiā ſunt locus enthimematū:q2 ide; voco locū ⁊ elementū. Subdit autē:ꝙ elementum eſt locus:in quo multa enthimemata incidunt. Dictū enī fuit in primo libro:ꝙ loci reſpectu enthimematū ſunt quaſi principia extrinſeca ⁊ ſicut dignitates. Sicut ergo ꝑ vnā dignitatē roborantꝶ multi ſyllī:ſic per vnū locū roborantꝶ multa enthimemꝰ. Cū ğ enthiꝰ ipſiꝰ augere ⁊ ipſiꝰ minuere fiant ad oſtēdendū:ꝙ aliqđ eſt bonū aut malū:aut iuſtū aut iniuſtū:aut qđcunq; alioꝝ.hec autē oia ſunt circa:que fiunt ſylli ⁊ enthimemata. Eſt ergo vis ratōis in hoc:ꝙ loci roborant enthimemata.magnū autem ⁊ paruum non roborant enthimemata.imo quaſi per contrariū:q2 per enthimemata oſtenditur aliquid magnū:⁊ paruū. Nō ergo augere ⁊ minuere ſunt loci ⁊ principia enthimematū:ſ; magis ſunt ꝯcluſiones ⁊ principiata ab eis. Ideo ꝯcluditur ſi vnūqđq; eoꝝ:qđ cōcluditur per enthimemata:non ſunt locus enthimematis:nec augere:nec minuere:que ſūt annexa:erunt eius locus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Neq; augere ⁊ minuere:ſed ſolutiua eſt enthimematis ſpecies. Palā enim ꝙ ſoluit qdē: aut qui oſtendit:aut qui inſtantiem tulerit.

¶ Oſtendit ꝙ augere ⁊ minuere ſunt annexa enthimematibus ſicut ſolutiones:⁊ duo facit:quia ꝑmo diſtinguit ſolutionē. Scđo exequiꝶ de vnoquoq; membro. Scđa ibi. (Contra oſdit.) Dicit ergo ꝙ augere ⁊ minuere non ſunt aliqua ſpēs ſolutiua enthimematis.ideſt nō ſunt aliquod genus ſolutionis:per que ſoluunꝶ enthimemata. Palam enim qui ſoluit vel oſtendit ſupple contrarium:vel fert inſtantiam. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Cōtra oſtendit autem oppoſitum. vtputa ſi oſtendit:ꝙ factū eſt:iſte ꝙ non factu; eſt. Si autem ꝙ non factu; eſt:iſte ꝙ factū eſt. Quare hec quidē nō erit drīa:ex eiſdem enī; vtunꝶ vtriq;:ꝙ enī non eſt:aut enthimemata fuerūt.

¶ Exequitur de membris diuiſionis. Et duo facit:q2 primo oſtendit:ꝙ augere ⁊ minuere non ſunt ſolutio:que eſt inſtantiam ferre. Scđa ibi. (Inſtantia.) Dicit ergo:ꝙ ille ꝙ ſyllogiçat oſtendit oppoſitum:vtputa ſi accuſator oſtēdit ꝙ eſt factū.iſte ſc; accuſatus oſtēdit ꝙ non eſt factū. Si autē hec eſt differentia inter ſyllogiçantē:⁊ cōtra ſyllogiçantem:q2 vnus oſtēdit eſſe factū aliꝰ nō.cū ğ non ſit drīa inter maius ⁊ minus:nō eſt idem ſyllogiçare:⁊ ꝯtra ſyllogiçare:⁊ ꝙ augere ⁊ minuere. Nā augētes ⁊ minuētes nō vtūtur eiſde;.ideſt equalibus.ſed vtriq; tā ſyllogiçātes ꝙ̄ cōtra ſyllogiçantes vtuntur eiſdē.i.equalibus. Nō enī eſt drīa inter ſyllogiçantes ⁊ cōtra ſyllogiçantes:ꝙ iſti ꝓbant maius:illi vero minus. Sed differūt:q2 cōtra ſyllogiçantes fuerunt enthimemata probantia ꝙ non eſt:ſyllogiçantes vero quod eſt. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Inſtantia autem non eſt enthimema:ſ; quēadmodum in topicis:dicere opinionē quādā ex qua erit palam q2 ſyllogizatum eſt:aut quia falſum aliquid aſſumit.

¶ Oñdit ꝙ augere ⁊ minuere nō ſunt idē ꝙ inſtantia. Nā

qui auget: ⁊ minuit propoſitũ: format enthimema: per qđ
probat aliquid eſſe maius vel minus: ſed qui inſtat nõ for
mat enthimema. ergo ⁊c. Quõ aũt inſtantia non ſit enthi
mema: ſed queadmodũ dictũ eſt in topicis. inſtãtia agge
nerat quandã opionẽ. idest quandã extimationẽ: ⁊ fanta
ſiam. Ex qua erit palam. i. manifeſtũ: ꝙ nõ eſt ſyllogiza
tum quantũ ad peccatũ in forma: vel ꝙ falſum aſſumpſit
quantũ ad peccatũ in mã. Dupl'r enĩ iſtamus: vel obſtan
do ꝙ ratio facta contra nos peccet in forma aut in mate
ria. ⸿ Deinde cum dicit.

⸿ Quoniã autẽ tria ſunt: que opʒ negociari cir
ca orationẽ: de exemplis quidẽ: ⁊ ſententijs: ⁊
enthimematibus. Et vniuerſaliter de his: que
circa rõcinationẽ magis vnũqđqʒ abũdabim⁹
⁊ quõ ipſa ſoluem⁹ dicta ſunt nobis tanta. Re
liquũ ẽ aũt ptrãſire de elocutiõe ⁊ ordinatiõe.

⸿ Epilogat circa determinata in ſcđa parte hui⁹ libri. Li
ber enĩ iſte ſecũdus diuidebaẗ principal'r in partes duas
quia primo determinabaẗ de paſſionibus. Scđo de pſua
ſionibus cõibus. Tractatus autẽ de perſuaſiõibus cõmu
nibus: ꝓpter quẽ fit iſte epilogus: pt diuidi in partes tres:
qꝛ primo determinaẗ de exẽplis: ſentẽtijs: ⁊ enthimema
tibus. Scđo de locis tam exiſtẽtibus ꝙ̃ apparentib⁹. Ter
tio de ſolutionibus ⁊ inſtantijs. Ideo aũt tria eſſe: que opʒ
negociari circa orationẽ quãtũ ad locos: que ſunt pncipia
ratiocinationũ: ⁊ enthimematũ: qb⁹ cognitis magis abũ
dam⁹ in illis: ⁊ quõ iſta ſoluem⁹ quãtũ ad tertium. ſ.
quantũ ad ſolutiones: ⁊ inſtantias dicta ſunt nobis tãta.
Ulterius continuat ſe ad tertiũ librũ dicens: ꝙ reliquum
eſt pertranſire de locutione: ⁊ de ordinatione: de quib⁹ de
terminabiẗ in tertio libro. Et in hoc finiẗ ſnia ſcđi libri

⸿ Rhetoricorum Ariſtotelis: cum Egidij romani expoſi
tione liber tertius.

Quoniam autẽ tria
ſũt: que opʒ tracta
ta eſſe circa oratio
nem. Unũ quidẽ:
ex quibus pſuaſio
nes erũt. Secũdũ
autẽ circa locutio
nem. Tertium aũt
quomodo opʒ or
dinare ptes orõnis

⸿ Ut dicebatur in prĩ
cipio primi libri huius artis. vbi diſtinximus iſtũ tertiũ
librum a pcedentibus. In hoc libro docet phs formare
⁊ componere orationẽ. Non enim ſufficit ꝙ ſciamus ſu
mere perſuaſibilia tã cõmunia ꝙ̃ propria circa vnũquodqʒ
genus: qđ factũ eſt in primo ⁊ ſcđo libro. Sed opʒ vt ſcia
mus ex illis formare ⁊ cõponere orationẽ: quorũ doctrina
tradiẗ in hoc tertio libro. ⸿ Componere autẽ orõnẽ du
pliciter poteſt intelligi. Primo quantũ ad partes: ex qbus
oratio conſtat: ⁊ ſic componere orationẽ: non diſtinguitur
a formatione orationis: quia q ſic orationẽ cõponit: id eſt
orationẽ format. Scđo modo poteſt accipi compoſitio
orationis: non prout vna pars orationis alteri componiẗ:
ſed prout vna oratio alteri orationi annitatur: ⁊ ſic oratio
nem componere nihil aliud eſt ꝙ̃ orationem ordinare: vt
ſciamus in quo loco illa orõ ſit ponenda. ⸿ Ne ergo labo
remus in equiuoco dicamus: ꝙ in hoc tertio libro duo de
terminãẗ. ſcʒ formatio orationis: ⁊ ordinatio. Uel qđ idẽ
eſt elocutio ⁊ ordinatio eius: vel qđ idem eſt elocutio: ⁊ or
dinatio. Duo ergo facit phs: qꝛ primo continuat dicta di
cendis. Scđo exequiẗ de intento. ibi. (De perſuaſibilib⁹
quidem.) Dicit ergo ꝙ tria ſunt: que opʒ tractata eſſe cir
ca orationem: vnum quidem ex quibus perſuaſiones erũt
quantum ad primum ⁊ ſcđm librum: vbi docuit ſumere
perſuaſibilia circa vnumquodqʒ genus. Scđʒ ꝙ oportet
tractare circa locutionem quantũ ad formationem ora
tionis. Tertium autẽ eſt quomodo oportet ordinare par
tes orationis. ⸿ Notandũ ꝙ oratio dupliciter põt ſumi
large ⁊ ſtricte. Stricte ſumpta orõ eſt quelibʒ clauſula: in
qua diciẗ aliquid de aliquo: ſed large ſumpta oratio qui
libet ſermo oratio dici poteſt: etiam dato ꝙ multas clau
ſulas cõtineat. Sicut perorare diciẗ ille: qui aliquo ſermo
ne: vel aliqua hyſtoria perſuadet: ſicut totus ille ſermo: vł
tota hyſtoria oratio dici poteſt. Secundũ autem hũc mo
dum poteſt exponi quod diciẗ in prioribus: ꝙ ſyll's eſt ora
tio. Naʒ ſi tota vna hyſtoria: vel totus vnus ſermo oratio
dici poteſt: non obſtante: ꝙ ibi ſunt plures clauſule: ſyllo
giſmus oratio dici poteſt: non obſtante ꝙ plures ꝓpoſitio
nes contineat. Cum ergo dicit phs determinare de ordi
ne partium orationis: non accipit ibi orationem ſm ꝙ di
cit clauſulã vnam: ſed prout quilibʒ ſermo põt nomina
ri oratio. Cum enim determinabit de iſto ordine: oſtẽdet
quõ vna clauſula debʒ aliã clauſulã antecedere: vt quõ
ꝓhemiũ pcedit narrationẽ: narratio perſuaſionẽ: perſua
ſio prologum. Cũ ergo dicebamus: ꝙ componere oratio
nem quantũ ad eius partes non differt a formatione: vel
ab elocutione: accipiebamus orationẽ: vt dicit clauſulam
vnam: hic autem ordinare partes orationis diſtinguiẗ cõ
tra elocutionem: ⁊ accipitur oratio prout nominat ſermo
nem quemlibʒ: non prout dicit clauſulam vnam: vt patet
per iam dicta. ⸿ Deinde cum dicit.

⸿ De pſuaſionibus qdeʒ dictũ eſt ex quot hñt
eẽ: qꝛ ex tribus ſũt: ⁊ hec que: ⁊ ꝓpter quid to
ta ſola. Aut enĩʒ eo ꝙ dictuʒ exiſtimeẗ quales
quidam: aut in oñdendo perſuadentur oẽs: vt
dictuʒ eſt: enthimemata vnde opʒ acquirere.
Sunt enim hec quidem ſpẽs enthimematũ.
hec autem loci: de locutiõe aũt habitum eſt.

⸿ Exequiẗ de intento. Et duo facit ſm ꝙ duo determinã
da ſunt in hoc tertio. Primo enim determinat de ipſa elo
cutione: ſiue de ipſa formatione orationis. Scđo de ordi
natione eius. Secunda ibi. (Reliquũ autem de oratio
ne dicere.) Circa primũ duo facit: quia primo tractatum
iſtum: in quo determinet de formatione orationis: conti
nuat ad pcedentia. Secũdo oſtendit talem tractatum
eſſe vtilem ⁊ neceſſarium. Scđa ibi. (Non enĩʒ ſufficit ha
bere.) Dicit ergo de perſuaſionibus quidem dictum eſt:
ex quot habẽt eſſe: quia ex tribus: ⁊ dictũ eſt ꝓpter quid
tot ſola ſunt: ⁊ non plura: neqʒ pauciora. Naʒ vt habitum
fuit perſuaſio aut fit ex parte audientis per ſermones paſ
ſionales: vt cũ ipſi iudicantes aliquid paſſi ſunt: aut ex par
te loquentis per ſermones morales: vt cum ipſi dicentes
exiſtimant quidẽ quales. idest quidem boni morigerati:
⁊ virtuoſi: aut fit perſuaſio ex parte rerum in oſtendendo
aliquid per enthimemata. omnes enim perſuadenẗ ali
quo dictorum modorum. Addit autem dictuʒ eſſe: vnde
oportet accipere enthimemata quantũ ad perſuaſiones
cõmunes. Unde oportet accipere que ſunt ſpecies enthi
mematum quantũ ad perſuaſiones proprias: ⁊ qui ſunt

loci quantū ad elemēta pſuaſionuʒ. Et q2 nō ſufficit ſcire genera perſuaſibilium: ꝛ quot modis fit perſuaſio: ſed opʒ ſcire formare locutionem de his perſuaſibilibus: ideo habitum eſt dicere de locutione. ideſt conſequēter dicendū eſt: q̄lr de pſuaſibilib⁹ ſit formāda locutio. ¶ Deinde ꝛc̄.

¶ Non enim ſufficit habere: que oportet dicere: ſed neceſſarium ꝛ hoc vt oportet dicere: ꝛ confert multum ad apparendum qualeʒ quādam orationem.

¶ Aſſignat cauſam dicti: vel oſtendit talem tractatuʒ eſſe vtilem. Et duo facit: quia primo facit quod dictū eſt. Secundo exequitur de intento. Secūda ibi. (Primum quidem igitur.) Dicit ergo: ꝙ non ſufficit habere perſuaſibilia: quę oportet dicere: ſed neceſſariuʒ eſt dicere quomodo oportet ea dicere: quia talia multū conferunt: vt oīno appareat qualis quędam. ideſt vt appareāt credita ꝛ perſuaſiua. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Primū quidem igitur inquiſitū eſt ſm naturam: qđ quidem natum eſt primo ipſo. ſcʒ res ex quibus habent perſuaſibilitatē. Scđm aūt locutioni hic diſponi. Tertium autem horū: qđ virtutem quidem habet maximam: nondum autē ē expoſituʒ: que circa hypocriſim.

¶ Exequitur de intento. Ad cuius euidentiā notanduʒ: ꝙ locutionis due ſunt partes. ſcilicʒ ſcriptū: ꝛ agoniſticū. Ad ſcriptum reducit̄ id: quod loquimur: vt ſciamus ipſam locutionē diſponere. Ad agoniſticū reducitur modus loquēdi: vt ſciamus quomō: ꝛ quo accentu proferenda ſit locutio diſpoſita. Duo enim facit phs: quia primo has partes locutionis continuat ad pręcedentia. Scđo determinat de eis. Secūda ibi. (Et eni ī tragediā.) Dicit ergo: ꝙ p̄mum inquiſitum eſt de ipſis perſuaſibilibus quantuʒ ad ea: quę determinata ſunt in pręcedentibus libris: q2 p̄mo debet determinari quid ſm naturā natuʒ ē eē prius. Naturaliter enim ipſę res: ex quibus enthimemata habent perſuaſibilitatē: pręcedunt locutioneʒ ipſam. Scđo. ideſt poſt ipſa: quę determinata ſunt in pręcedētib⁹: opʒ ſermonem diſponi locutioni quantū ad primaʒ partem huius tractatus. Tertio dicendū eſt de hypocriſi: de geſtibus: de modo loquendi: vt ſciamus hypocriſare: ꝛ rep̄ſentare modum debitum: quia habʒ magnā virtutē ad perſuadēdū: ꝛ nondū eſt expoſitū qualr̄ fiendū ſit. ¶ Deide cū dicit.

¶ Et enim in tragediam tarde deuenit: hypocrizabant eniʒ in ipſis tragedijs poete primuʒ. Palam igitur quia circa rhetoricam eſt: quid tale: ſicut erat circa poeticam.

¶ Exequitur de intento: quia primo oſtendit determinare de prędictis ptibus locutōis: vt de ſcripto: ꝛ agoniſtico vt ſpectāt ad rhetoricaʒ. Scđo incipit determinare de ipſis. Scđa ibi. (Et detinetur locutionis virtus.) Circa primū duo facit: quia primo oſtendit: ꝙ ſpectat ad rhetoricaʒ determinare de illa parte locutionis: quę dicit̄ ſcriptuʒ. Secunda ibi. (Quę enim ſcribuntur.) Circa primum duo facit: quia primo adducit rationes ad oſtendendū: ꝙ rhetor debʒ determinare de hypocriſi: ſiue de modo loquēdi: vel de agoniſtico. Secūdo oſtendit quomodo talis tractatus ſe habet ad rhetoricam. Secunda ibi. (Sed totum negociuʒ.) Circa primū duo facit: q2 p̄ pręmittit intentionē ſuā. Scđo manifeſtat propoſitū. Scđa ibi. (Quę quidem aliq.) Dic̄ ꝙ tragedia: ſiue ad tragediā: vt hʒ alia lr̄a: vl̄ ad rapſodiā. ideſt ad comędiam tarde deuenit negocium rhetoricum. Nam ipſi poetę primum hypocriſabant ipſis geſtibus circa tragediam. Palam igitur ꝙ ſicut eſt circa poeticam: ita eſt circa rhetoricam: quia non ſolum ſpectat ad poeticam determinare de geſtibus: de modo loquendi: ſʒ hoc ſpectat aliquo modo ad rhetoricā. Tandem ergo venit negocium rhetoricum in tragedias: quia geſtibus quibus vtebantur tragedi prius: poſtea per longum tempus vſi ſunt rhetores. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quę quideʒ aliq tractauerūt ꝛ glauc ōthelis.

¶ Manifeſtat qđ dixerat: ꝛ tria facit: quia tripliciter pbat quod ſpectat ad rhetorem determinare de huius geſtib⁹ ꝛ de hypocriſi. Scđa ibi. (Eſt āt ipſa.) Tertia ibi. (Triūphos quideʒ.) ¶ Prima ratio talis. Illud ſpectat ad rhetoricam: de quo rhetores determinauerunt: ſed Glaucon thelis: ꝛ quidam aliq rhetores tractauerūt de huiuſmodi hypocriſi. ergo ꝛc̄. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Eſt autē ipſa quidem in voce. Qualiter ipm oportet vti ad vnāquāqʒ paſſionē. puta quando magna: ꝛ qñ pua: ꝛ media: ꝛ qualr̄ tonis. puta acuto: ꝛ graui ꝛ medio: ꝛ rithmis: qbus ad ſingula. Tria eni ſūt circa: que itēdūt. Hec aūt ſunt magnitudo: armonia: ꝛ rithmus.

¶ Ponit ſecundā rationem: quia ad rhetorem ſpectat determinare illud: quod habʒ reddere auditorē paſſionatuʒ: ſed in voce eſt virtualiter hypocriſis: per quā redditur auditor paſſionatus: ideo oportet ſcire qualiter: ꝛ quo tono: ꝛ quo accentu opʒ: vt ipſa voce ad vnāquāqʒ paſſionē. Puta quando debet eſſe vox magna: quando parua: quando media: ꝛ quali tono debemus vti in ea: ꝛ quibus rithmis vtendum eſt ad ſingula eloquia. Rithmis eni poteſt pertinere ad agoniſticū inquantū pertinet ad modum loquēdi. Ipſi enim rithmi taliter poſſunt proferri: ꝙ non apparent rithmi. igitur modus loquendi deſeruit rithmationi. Non eſt enim inconueniens: ꝙ vnū ꝛ idem aliter ꝛ aliter acceptum deſeruiat locutioni: ꝛ modo loquendi. Tria ergo ſunt attendenda in modo loquendi. Prima eſt magnitudo: vt ſciamus q̄ alte ſit loquendū. Secundum eſt armonia: vt ſciamus quo accentu ſint dictiones proferendę. Tertium eſt rithmus: vt ſciamus quibus rithmis ad eloquia ſit vtendum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Triumphos quidem igitur fere ex agonib⁹ hi accipiūt: ꝛ quēadmodū ibi maius poſſunt hypocrite. Et ſm ciuiles agōes ꝑpter malitiā ciuitatū. Nōdū autē compoſita ē ars de ipſis. Quoniā ꝛ circa locutionē tarde prouenit: ꝛ videtur eſſe bene ſuſceptum.

¶ Adducit tertiam rationem: quia ad rhetoricam ſpectat determinare de illo modo locutionis: per quē triumphamur: ſed hi. ideſt hypocritę: qui bene ſciunt repręſentare geſtus in loquendo accipiunt triumphos ex huius agonibus. igitur ſicut ibi. ideſt ſicut in poetrijs: quia hypocritę poetaruʒ plus poſſunt. ideo ſpectat ad poetas determinare de hypocriſi. Sic ꝛ ſm ciuiles agōes: quia ꝑpter maliciam ciuitatuʒ hypocriſantes vincunt: ꝛ creditur eis. ideō ſpectat ad rhetoricaʒ determinare de hypocriſi. Et maxime bene ſe habet: quia de ipſa hypocriſi: ꝛ de ipſis geſtib⁹ nundum eſt ars compoſita: quia vt tactum fuit ſupra: iſte modus loquēdi. Et iſta hypocriſis: que eſt circa locutionē tarde prouenit ad rhetoricam: cum propter rationes tactas tale negocium eſt magni ponderis ꝛ bene ſuſceptum eſt in arte rhetorica.

SEd toto negocio ad gloriam exiſtente: eo ꝙ circa rhetoricam non recte habẽte: ſed vt neceſſario curam faciendum.

¶ Poſtꝗ̄ oſtẽdit philoſophus: ꝙ ſpectat ad rhetorē determinare de negocio agoniſtico: ⁊ de hypocriſi: ſiue de geſtibus: in parte iſta oſtendit quomodo ſe habet tale negocium ad rhetoricam. Et duo facit: quia primo pręmittit quod intendit. Secundo aſſignat cauſam dicti. ibi. (Quoniā iuſtū nihil.) ¶ Notandum autem: ꝙ determinata in arte aliquãdo ſunt arti eſſentialia: vt ea circa: quę pͥncipaliter verſatur ars. Aliquando non ſunt eſſentialia: ſed ſunt aliqua dicta: vt propter auditores. Totum autem negocium ad gloriā .i. totum negocium agoniſticum: quod fit per geſtus: ⁊ per hypocriſim: quibus mediantibus acquiritur gloria ⁊ triūphus: tale autem negocium non eſt exiſtens: ꝙ ſe habeat circa rhetoricam recte: quia rhetorica directe ⁊ eſſentialiter non eſt de talibus. ſed rhetor debet curam facere de eis: vt de neceſſariis ꝓpter malitiã auditorū. ¶ Dei. cū. d.

¶ Quoniā iuſtum nihil plus querere circa orationem ꝗ̄ vt neq̄ contriſtet neq̄ letificet: iuſtū eſt ipſis agonizare rebus: quare alia extra oſtẽſionem ſuperflua ſunt. Sed tamẽ multa poſſunt: ſicut dictū ē: ꝓpter auditoris malitiam.

¶ Aſſignat cauſā dicti: ⁊ duo facit: qꝛ primo facit quod dictum eſt. Secundo diſtinguit hypoteticā hypocriſiz. ibi. (Conati autem ſunt.) Circa primum duo facit: ſm ꝙ duplicem cauſam aſſignat. Ponit eñi duas rationes ad manifeſtandum propoſitum. Secunda ibi. (Quod quidē igitur.) ¶ Prima ratio talis. Iuſtū eſt nobis non plus querere iuxta orationem: niſi quod recte repręſentet propoſitum: vt ꝙ non contriſtet propter obſcuritatem: neq̄ letificet ꝓpter conſonantiam. Non enim debemus agonizare per verba: eſſentialiter enim totum negocium rhetoricū eſt circa perſuaſiones ſumptas ex ipſis rebus. Omnia ergo alia ſunt ſuperflua: ⁊ extra oſtenſionẽ rhetoricã: hypocriſis ergo ⁊ geſtus non ſunt eſſentialia rhetoricę. Nõ tamẽ ſunt omnino ſpernẽda: quia ſm talia rhetores multa poſſunt ꝓpter auditorum malitiã. ¶ Deĩde cū dicit.

¶ Quod quidem igitur locutionis habet aliquam paruam neceſſitatē in omni doctrina. Differt enim aliquid ad declarare ſic vel ſic: nõ tamen tantum: ſed omnia hec fantaſia ſunt: ⁊ ad auditorẽ: ꝓpter ꝙ nullus geometrizare docet. Illa quidem igitur cum venerit idem faciet cum ⁊ ſine hypocriſi.

¶ Ponit ſecundam rationem: quia huiuſ geſtus locutionis habet quandam paruã neceſſitatē in cõmuni doctrina: quia aliquid. .i. nõ modicū differt aliquid ad declarare. .i. dicere ſic: vel ſic. .i. habere in dicendo tales: vel tales geſtus. Iſtud tamen aliquid non eſt tantū. .i. non eſt multum: quia talia non ſunt eſſentialia doctrinę. ſed omnia ſunt fantaſia. .i. ſunt propter apparentiam: ⁊ propter auditorem: ⁊ inde eſt: ꝙ in ſcientiis realibus nõ docetur hypocrizare. Nullus enim ita geometrizare docet. .i. cum geometria: ⁊ cum quęlibet alia realis ſcientia venit in viſum noſtrum: idē faciet cum hypocriſi: ⁊ ſine hypocriſi. Ad perſuadendum eniz hypocriſis ⁊ geſtus poſſunt eſſe vtiles: ad demonſtrandum autem ſunt omnino inutiles. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Conati ſunt autem ad modicum de ipſa dicere quidã. puta Thraſimacus in eleis: ⁊ nature hypocritū eſſe: ⁊ minus artificiale circa locutionē: aut artificiale. Propter qđ ⁊ his q̄ hoc poſſunt fiunt iterū triumphi: ⁊ his qui rhetoribus ſm hypocriſim.

¶ Diſtinguit ipſam hypocriſim. Hypocriſis quędam eſt naturalis: quędam artificialis: ſiue enim accipiatur: vt eſt moralis: ſiue vt eſt paſſionum illatiua: quędam eſt naturalis: quędam artificialis. Naturalr enim quidā habent geſtus bonorum morum: quidam vero artificialiter conformant ſe talibus geſtibus: ſic etiam naturaliter aliqui habent geſtus: per quos alios ad paſſionem mouent. aliq̄ vero arte īduſtria ſic agũt. Ideo ait: ꝙ aliqui conati ſunt dicere modicum de ipſa hypocriſi. puta Thraſimacus in eleis. .i. in illis ſuis verſibus: vbi diſtinxit hypocriticā quod eſt quoddam naturale: ⁊ quoddam artificiale. Ad minus enim hypocriſis habꝫ iſta duo membra. Alia aũt littera nõ habet ibi minꝰ. Uel poteſt referri minus ad artificiale: vt ſit ſenſus: ꝙ artificiale poſitum minus mouet ꝗ̄ naturale: mouet tamen. Ideo ait: ꝙ circa locutionẽ cõtingit eſſe artificialẽ hypocriſim: propter hoc q̄ poſſunt. .i. ſciũt hypocrizare naturaliter: triumphant ſicut rhetores ſm hypocriſim. .i. ſicut illi qui ſciunt hypocrizare rhetorice ⁊ artificialiter. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Que enim ſcribuntur orationes maius pñt propter eloquium ꝗ̄ propter intellectum.

¶ Oſtendit ꝙ ille modus locutionis: qui dicitur ſcriptum ſpectat ad rhetoricam. Et tria facit: quia primo oſtẽdit veritatem ipſius ſcripti. Secundo oſtendit: ꝙ determinare de talibus ſpectat ad rhetorē. Tertio manifeſtat quomodo diuerſimode de locutiõe determinat rhetor ⁊ poeta. Secunda ibi. (Inceperunt quidem.) Tertia ibi. (Quoniam autem poetę.) Dicit ergo: ꝙ locutiones: quę ſcribuntur genus locutionis: ſm ꝙ dicitur ſcriptum. .i. magis poteſt. .i. magis habet virtutem propter ęloquium ꝗ̄ propter intellectum. Dictum eſt eniz: ꝙ locutio poteſt cõſiderari: vel quantum ad ipſas dictiones: vel quantum ad modum dicendi. Quantū ad ipſas dictiones dicitur quid ſcriptum: quia dictiones ipſę ſcribuntur: ſed quantū ad modum dicendi dicitur agoniſticum. Si enim ꝓpter iſtas dictiões ſcriptas fit perſuaſio: magis hoc fit ꝑ ęloquium ꝗ̄ propter intellectum. Enthimemata eniz: de quibus terminatum eſt: ſũt in pręcedentibus: ꝗ̄tum ad intellectum: ea vero de quibus determinatur in hoc tertio magis perſuadent ſm ęloquium. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Inceperunt quidem igitur mouere primo: ſicut aptum natum fuit poete. Nomina enim mutationes ſunt: exiſtit aũt ⁊ vox: omni maxime mutatiua partium noſtrarū. Propter qđ ⁊ artes conſtitute ſunt rapſodia ⁊ hypocritica: ⁊ alie.

¶ Oſtendit ꝙ determinare de hoc genere locutionis ſpectat ad rhetorem. ⁊ intendit talem rationē. Illud qđ non immutat: ⁊ qđ imutatur: quia per talia cõtingit perſuadere determinare: ſpectat ad rhetorem: ſed diſpoſitio vocis ⁊ locutionis eſt huiuſ. ergo ⁊c̄. De hac autem ratione non plus ponit niſi ꝙ vox maxime hꝫ imutare. Dicit ergo: ꝙ poetę primo inceperunt mouere per voces: ⁊ per nomina ſm ꝙ aptum natum fuit. nam nomina quędam mutationes ſunt. Vox autem maxime eſt imutatiua partium

noſtrarū

noſtrarum.ideſt potentiarum noſtrarʒ.potentię autem ſunt quędā partes animę noſtre.ergo per voces:⁊ per ęloquia contingit perſuadere:⁊ triumphari: ⁊ inde eſt:ꝙ rapſodia:⁊ hypocritica:que innititur geſtibus: ⁊ alie artes: vt tragędia ⁊ poetria inuentę ſint: vt per ęloquia:⁊ per geſtus triumphemur. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quoniam autem poete loquentes leuia propter eloquium videbantur acquiſiuiſſe hanc gloriā. Propter hoc poetica locutio primo facta ē.puta Gorgie. Et nūc adhuc multi ineruditoꝝ tales putant diſputare optime. Hoc autem non eſt.ſed altera orationis: ⁊ poeſeos locutio. Manifeſtat autem ꝙ accidit.

¶ Oſtendit quomodo diuerſimode ſpectat ad poeticam ⁊ ad rhetoricam determinare de locutione. Nam rhetorica eſſentialiter eſt de perſuaſibilibus.ſi autem eſt de locutionibus:hoc eſt inquantum per ea ſit perſuaſio.Sʒ tragędia ⁊ poetica eſſentialiter non ſunt circa perſuaſiones:ſed credulitatem:quam inducunt:potiſſime efficiunt per ſermonem reprę́ſentatiuū:⁊ per ſermonem ornatum:⁊ qꝛ ſʒ diuerſa tpa diuerſa gn̄a metroꝝ ſunt in vſu. iō locutio vt ſpectat ad poeticā magis eſt variabilis:vt ſpectat ad rhetoricam magis eſt vniformis. Tria ergo facit philoſophus. Primo enim oſtenditur:ꝙ aliter determinat de locutione rhetorica aliter poetica. Secundo quod dixerat manifeſtat per quoddam ſignum. Tertio concludit qualiter terminandū ſit de locutione ab ipſo rhetore. Secūda ibi.(Neqʒ enim qui tragędias.)Tertia ibi.(Propter quod erit ridiculuʒ.)Dicit ergo:ꝙ poetę loquentes leuia propter ęloquium acquirebant gloriam:licet illis verbis non ſubeſſet ponderoſitas ſententię:⁊ propter hoc.ideſt ꝓpter gloriam habendam facta fuit poetica locutio. puta illa quę eſt Gorgię.Et in hoc videtur cōuenire poetria cū rhetorica:quia ex locutione videtur triumphare ⁊ vincere:ſicut rhetor.immo adhuc multi eruditi loquendo ⁊ faciendo plura latina.putant optime diſputare.hoc autem non eſt ita:ſed altera virtus eſt orationis:ſm ꝙ per pōderoſitatem ſententię aggenerant credulitateʒ. Et oſtendit ꝙ dicitur:⁊ alia eſt locutio poeſeos ſm ꝙ per ornatuʒ verborum demulcet aures audientiū.Et quia magis ſpectat determinare de locutione:vt eſt perſuaſiua. Ad poetam autem magis:vt eſt demulciua:⁊ reprę́ſentatiua:non eodem modo conſiderabit de locutione poeta ⁊ rhetor.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Neqʒ enim qui tragedias faciūt adhuc vtūtur eodem modo: ſed quemadmodum exametri in iambicum tranſierunt:quia orationi. hoc metroꝝ genus ſimilimū eſt aliorum. Sic ⁊ nomē dimiſerūt quecunqʒ penes ydiomata ſunt. Quibus autem priores ornabant: ⁊ adhuc nunc qui exametra dimiſerunt.

¶ Manifeſtat quod dixerat per quoddam ſignum. Naʒ quia poeta potiſſime intendit demulcere ⁊ reprę́ſentare ⁊ diuerſa diuerſis temporibus demulcēt:magis determinat de locutiōe poeta modo mutabili:⁊ rhetor modo immutabili.Cōtinuet̄ ergo ſic. Dixi ꝙ altera eſt locutio orationis rhetoricę:altera poeſeos. Hoc auteʒ manifeſtat qḋ accidit:quia qui tragędias faciunt:non ſemper vtunt̄ eodeʒ modo:nec eiſdeʒ verſibus exametris: trāſierunt.n.in iambicuʒ.Qui autem ſunt verſus exametri:qui iambici: ⁊ quomodo ſe habʒ rapſodia ad tragędiam: ⁊ quonā poetria ad hypocritatem determinare nō eſt prę́ſentis ſpeculationis.Sʒ ſi contingit nos ſuper poetriaʒ aliquid oſtendere:declarabimus quod dictum eſt.Dat autem cauſe:quare ex verſibus exametris tranſierunt poetę ad iambicos dicens:ꝙ hoc genus metrorū eſt ſimilimum alioꝝ: ad ſimilia autem ⁊ commouentia facilis eſt tranſitus. Addit autem ꝙ ſicut poetę dimiſerunt aliquod genus verſuuʒ: ſic dimiſerunt aliqua genera nominum:vt nomina ficticia:quę ſumūtur penes ydiomata.ideo ſubdit:ꝙ nomina quibus priores ornabant verſus ſuos exametros:qui noſtra exametra faciunt: dimiſerunt ad alia trāſeundo.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Propter qḋ erit ridiculuʒ mutari iſtos:ſi ipſi non adhuc vtuntur illo modo. Quare manifeſtum: ꝙ non omnia quecunqʒ de locutione dicere pertractandum eſt nobis. Sed quecunqʒ de tali qualem dicimus de illa dictum eſt in his autem que de poetica. ſunt igitur illa conſideratiua.

¶ Concludit qualiter determinandum ſit a rhetore de locutione dicens:ꝙ ridiculum eſt immitari illos poetas:ex quo ipſi ſic ėmitantur: ⁊ non vtuntur eodem modo:quo prius vtebantur.Ergo manifeſtum eſt:ꝙ non eſt tractandum a nobis omnia quęcunqʒ poſſunt dici de locutione: ſed dicenda ſunt a nobis quęcunqʒ dicenda ſunt de locutione tali:qualem dicimus locutionem rhetoricaʒ.Sʒ de illa:ſiue de ſilo modo loquendi:qui ſic variatur dictum eſt in his:quę de poetica.ideſt poetria:quā edidimꝰ.Sunt igitur illa conſideranda a nobis:qꝛ non ſic variantur.

VT determinetur locutionis virtus claram eſſe ſignum eſt. Quia oratio que nō manifeſtauerit: nō faciet ſuum opus.

¶ Poſtq̄ philoſophus oſtēdit:ꝙ ſpectat ad rhetorem determinare de ſilo genere locutionis:quod dicitur ſcriptum ⁊ agoniſticuʒ:vel quod idem eſt:poſtq̄ oſtendit ꝙ rhetor debet determinare de diſpoſitione dictionum:⁊ de modo dicendi. Hic in parte iſta determinat de prędictis generibus locutionis ſm ſe: ⁊ quaſi in communi. Secundo determinat de locutione ſigillatim circa vnumquodqʒ genus politicum. Secūda ibi.(Concionalis quidem igitur.)Circa primum duo facit:quia primo determinat de diſpoſitione actionuʒ: ſiue de illo genere:quod dicitur ſcriptum agoniſticum.Secūda ibi.(Oportet autem non latere:ꝙ vnicuiqʒ generi.) Locutio autem poteſt tripliciter conſiderari. Primo per comparationem ad iſtas dictiones:quas continet. Secūdo ad ornatum.Tertio ad intellectum.Locutio eni rhetorica non ſolum debet continere debitam diſpoſitioneʒ dictionum:ſed etiam debet eſſe decens ſecundū ornatuʒ ⁊ debet eſſe clara ſecundum intellectum.Tria ergo facit: quia primo oſtendit:ꝙ locutio debet eſſe debite diſpoſita ſm dictiones:quas continet. Secundo oſtendit qualiter debet eſſe ornata.Tertio qualiter debet eſſe clara ſm intellectum.Secunda ibi.(Ad dilationem auteʒ.)Tertia ibi.(Elocutionem autem neceſſe eſt.)Debita autem diſpoſitio dictionum poteſt attendi quantum ad tria. Pri

mo ꝙ locutio ſit propria. Secūdo ꝙ nō ſit abuſiua. Tertio ꝙ ſit congrua. Ideo tria facit. Secunda pars ibi. (Inſipida autem.) Tertia ibi. (Eſt autem principale locutionis.) Prīa pars: in qua docet diſponere dictiōes vt ſit locutio propria: diuiditur in partes duas: quia pmo pręmittit quaſdam proprietates orationis. Secundo exequitur de intento. ibi. (Nominum autem ⁊ verborū.) Circa primum duo facit ſm ꝙ duas proprietates ponit. Secūda ibi. (Et neqȝ humile.) Prima proprietas orationis rhetoricę eſt: ꝙ virtus eius ſic determinetur: quod debet eſſe clara ⁊ manifeſta: cuius ſignum eſt: quia oratio: quę non manifeſtat intentum eſt fruſtra: non enīȝ facit opus ſuū: nec agit id: ad quod eſt ordinata. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et neqȝ humilem: neqȝ ſuper dignitatem: ſȝ decentem: poetica eius forte non humilis: ſed non decens orationem.

¶ Ponit ſecundam proprietatem: ꝙ oratio rhetorica non debet eſſe multum humilis: vt ꝙ vtatur verbis infimis ⁊ nominibus nimis groſſis. Nec etiāȝ debet eē ſupra modum digna: vt ꝙ vtatur verbis nimis ampuloſis. ſed debet eſſe decens media inter ſtillum nimis altum: ⁊ nimis infimum. Et in hoc differt a poetica locutōe: quia poetica locutio: licet forte non debet eſſe humilis. non tamen huiuſmodi orationem oportet eſſe quid decens: ſed eſt quid ampulloſum ⁊ ornatuȝ. Et dicit forte: quia in hoc libro nō traditur ars poetrię. ideo ſub dubio dicit: qualis debeat eſſe locutio poetica. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Nominum autem ⁊ verboꝝ planam quidē faciunt propria: non humilem: aut ornatam. Alia nomina quecunqȝ dicta ſunt in his: quedam poetica.

¶ Exemplificat de intento. Ad cuius intelligentiam notādum: ꝙ quattuor ſunt: quę videntur reddere locutionem impropriam. videlȝ ꝙ nomina aliena ⁊ ficticia: metaphorica: ⁊ equoca ⁊ ſynonyma. Ideo quattuor facit: quia pmo oſtendit quomodo oratio rhetorica ſe habet ad nomina aliena. Secundo quomodo ſe habet ad nomina ficticia. Tertio quomodo ſe habet ad metaphoras. Quarto quomodo ſe habet ad equiuoca ⁊ ſynonyma. Secunda ibi. (Propter quod non oportet.) Tertia ibi. (Et metaphorę ſolę.) Quarta ibi. (Nomen autem ſophiſtę.) Circa primum tria facit: quia primo dicit: ꝙ rhetor nō debȝ vti nominibus alienis. Secundo quod dixerat probat per ſimile. Tertio oſtendit: ꝙ ars poetica poteſt talibus nominibus vti. Secunda ibi. (Diſſueta enīȝ loqui.) Tertia ibi. (In metris quidem igitur.) Dicit ergo: ꝙ propria nomina: ſiue propria verba faciunt orationem planaȝ: ⁊ faciūt eam non humilem. ſed decentem. ergo proprijs nominibus debet vti rhetorica. Hę due ſunt proprietates orationis rhetoricę. videlicȝ. ꝙ debet eſſe plana ⁊ clara: ⁊ nō humilis: ſed decens. Nominibus autem alienis nō debȝ vti quia nomina alia. ideſt aliena: de quibus dictū eſt in his: quę tradidimus de poeta: reddunt locutionem ornataȝ. ideſt ampliosam: ⁊ excelſam: ⁊ non competit rhetoricę. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Diſſueta enim loqui fecit videri venerabiliorem. Sicut enim ad extraneos: ⁊ ad ciues homines idem patiuntur: ⁊ ad eloquium: ꝓpter qđ oportet facere extraneum ydioma. Admiratores autem aduenarum ſunt. Delectabile autem qđ mirabile eſt.

¶ Probat quod dixerat per ſimile dicēs: ꝙ loqui diſſueta ⁊ aliena facit videri orationem venerabiliorem ⁊ ampliorem q̄ꝫ requirat ſermo rhetoricus: quod patet per ſimile: quia ſicut nos habemus ad extraneos: ⁊ ad ciues: ꝙ extranei propter diſſuetudinem ſunt nobis admirabiles: ciues vero propter conſuetudinem redduntur cōtemptibiles: ſic hoc quidem patimur ad eloquium quod extraneū eloquium eſt admirabile: propter quod facere extraneuȝ ydioma: eſt reddere auditores admirabiles: quia ſinguli ſunt admiratores aduenarum ⁊ extraneoruȝ. Talis ergo locutio non eſt rhetorica: ſed poetica: ⁊ non eſt proprie perſuaſiua: ſed ſolum demulcet. ⁊ delectat auditum. ideo ſubditur: delectabile autem mirabile eſt. ¶ Deīde cuȝ dicit.

¶ In metris quidēȝ igitur ⁊ multa faciūt: hoc ⁊ congruit ibi: plus enim diſtant circa que ⁊ circa quos ſermo. In nudis autem orationib⁹ multo paucioribus: hypotheſis enī minor.

¶ Oſtendit: ꝙ talis locutio non eſt rhetorica: ſed poetica. Et duo facit: quia primo facit quod dictum eſt. Secundo adducit quoddam exemplum ad manifeſtanduȝ propoſitum. Secunda ibi. (Quoniam ⁊ hic.) Dicit ergo: ꝙ poeta multa hęc. ideſt multa talia vt multa diſſueta faciunt in metris: ⁊ cōgruit ibi: ⁊ eſt ratio: quia plus diſtant in metris: circa quę ⁊ circa quas eſt ſermo: q̄ꝫ fit in nudis orationibus. Non enim oportet ita extranee loqui in multis orationibus: ſicut in metris. multo ergo paucioribus extraneitatibus vtitur rhetorica q̄ꝫ poetica. Minor enīȝ eſt hypotheſis. ideſt ſuppoſitio in nuda oratione q̄ꝫ in metrica. In metrica enim oportet eſſe conſonantiaȝ peduȝ ⁊ ſyllabaruȝ: ⁊ multa alia oportet ibi ſupponere: propter quod recipiuntur ibi multę extraneitates. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Quoniam ⁊ hic ſi ſeru⁹ cōptius fiat q̄ꝫ decet aut valde iuuenis indecentius q̄ꝫ de valde paruis. Sed eſt ⁊ in his contractum ⁊ augmentatum quod eſt decens.

¶ Manifeſtat quod dixerat per exemplum dicens: ꝙ hic in oratione rhetorica: quę eſt quaſi nuda reſpectu orationis metricę. Si ſeruus deſcribatur valđ comptus: vt pulcer: magnus: ⁊ elegans: aut valde iuuenis: ⁊ paruus: ⁊ imbecilis indecens eſſet: quoniam de valde paruis non debet eſſe ſeruus: nec ſupple de multum elegantibus: ſed debet eſſe decens: vt ſit medius: nec vt ſit contractus. ideſt paruus ⁊ deſpectus: ſed ꝙ oportet: ⁊ augmentatus. ideſt magnus ⁊ elegans ſm ꝙ conuenit: quia dixerat: ꝙ licȝ in oratione metrica ſuſtineatur: ꝙ res deſcribatur infra ſuū ſtatum. vel etiam ſupra in rhetoricis non debent deſcribi niſi medio modo ſm ꝙ oportet. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Propter quod oportet latere facientes: ⁊ nō videri dicere ficte: ſed apte nate. Hoc enim ꝑſuaſiuum: illud autem contrarium. Ut enim ad fraudulentos criminantur: quemadmodū ad vina mixta.

¶ Oſtendit qualiter ſe habeat oratio rhetorica ad nomina ficticia. Et tria facit: quia primo oſtēdit talibus nominibus non eſſe vtendum. Secundo quod dixerat manifeſtat per exemplum. Tertio ex dictis concludit quibus

noībus

nominibus: ⁊ quibus verbis debeamus vti in ſermone rhetorico. Secunda ibi. (Et quale vox Theodori.) Tertia ibi. (Exiſtentibus autem nominibus.) ¶ Dicit ergo: ꝙ ſi volumus perſuadere: debemus latere: ideſt abſentare nos a ſermonibus ficticijs: vt non videamur ficte dicere. Et eſt ratio: quia hoc eſt perſuaſiuum. illud autem: ideſt ficta locutio facit contrarium huius: ſic enim terminamur ad fraudulentos: ſicut ad vina mixta. Quia ergo ficte loquitur: quaſi aſſimilatur fraudulentibus ⁊ vinis mixtis: quę non ſunt talia: vt apparent. propter quod eo ipſo videtur: ꝙ ei non ſit credendum.
¶ Deinde cum dicit.

¶ Et quale vox Theodori paſſa eſt ad eam: que eſt aliorū hypocritarū. Hec quidem enī dicentis videbātur eſſe. hec autem aliena. Furatur autem facile: ſiquis ex conſueto ydiomate eligens componat. Quod quidem Eurypides facit: ⁊ oſtendit primum.

¶ Manifeſtat quod dixerat dicens: ꝙ vox Theodori fuit hęc paſſa ad eam vocem: quę erat aliorum hypocritarum: quia Theodorus ſua voce increpabat alios hypocritas: eo ꝙ videbantur ficte loq accipientes aliena ydiomata miſcentes cum proprijs: ideo ait: ꝙ hęc dicta videbantur eſſe: dicens quantum ad id: quod proprie loquebantur. hęc autem aliena quantum ad id: quod dicebant ficticie. ¶ Et notandum ꝙ alienum dicitur dupliciter. Uno modo alienum idem eſt qđ extraneum ⁊ inconſuetum: ⁊ ſic non licet vti dictis alienis. Alio modo: ꝙ licet dictum alterius poteſt dici dictum alienum: ⁊ ſic bene licet vti dictis alienis: quia poſſumus per dicta aliorum confirmare ⁊ declarare noſtra: ideo ſubdit: ꝙ ſi homo faciendo orationem rhetoricam vult eā ornare dictis alienis furando dicta aliorum facile ⁊ congrue fit: ſi componat: ⁊ eligat ydiomata conſueta non ficticia: quod Eurypides primus fecit: ⁊ etiam oſtendit ſic fieri.
¶ Deinde cum dicit.

¶ Exiſtentibus autem nominibus ⁊ verbis: ex quibus oratio conſtituitur: nominibus autem tot habentibus ſpecies: quot conſiderata ſunt in his: que de poeſi. Horum linguis quidem eſt duplis nominibus ficticijs raro ⁊ in paucis locis vtendum. Ubi autem poſterius dicere: propter quid autem dictum eſt. Plus enim variat ꝙ deceat. Proprium autem ⁊ conueniens.

¶ Oſtendit quibus nominibus ⁊ verbis ſit vtendum dicens: ꝙ cum nomina ⁊ verba: ex quibus componitur oratio tot ſint: ⁊ tot ſint ſpecies eorum: quot conſiderata ſunt in his: quę dicemus de poeſi: ideſt in arte poetica. ⁊ ſubdit: ꝙ in omnibus enim linguis vtimur horum duplis nominibus: videlicet ficticijs ⁊ proprijs: ſed ficticijs raro ⁊ in paucis eſt vtendum. vbi autem vtendum ſit eis: dicemus poſterius in iſto eodem capitulo. Et quia ficticia nomina ſunt quaſi ſuperflua: ideo dictum eſt: ꝙ vtenti talibus nominibus: ꝙ plus narrant ꝙ deceat. Non ergo accipiendum eſt nomen ficticium: ſed proprium ⁊ conueniens.

ET metaphore ſole vtiles ad ea: q̄ nudarum elocutionum.

¶ In parte iſta comparat philoſophus ſermonem rhetoricum ad metaphoras. Et duo facit: quia primo proponit quod intendit. Secundo manifeſtat propoſitum ſuum ibi. (Signum autem quia his ſolis.) ¶ Dicit ergo: ꝙ inter alias extraneitates ſolę metaphorę ſunt vtiles ad eam locutionem: quę eſt nudarum orationum. ſ. ad locutionem rhetoricam: quę eſt nuda reſpectu metaphoricę. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Signum autem: quia his ſolis omnes vtuntur. Omnes enim metaphoras alloquuntur ⁊ conuenientibus ⁊ proprijs.

¶ Manifeſtat quod dixerat. Et duo facit ſm ꝙ dupliciter manifeſtat propoſitum. Secunda ibi. (Quare palā). Prima probatio ſumitur ex ſigno: nam ſignum eſt: ꝙ inter alias extraneitates ſolis metaphoris ſit vtendum in ſermone rhetorico: quia omnes rhetores his ſolis vtuntur. Omnes enim alloquuntur metaphoris conuenientibus ⁊ proprijs. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Quare palam quidem: ſi bene fecerit quis erit peregrinum: ⁊ latere cōtingit: ⁊ deificabit. Hoc autem erat rhetorice orationis virtus.

¶ Adducit ſecundam probationem: quę talis eſt. Uirtus orationis rhetoricę eſt: ꝙ ſit aliquo modo media inter peregrinum ⁊ clarum: ita ꝙ vtrumqȝ percipiat. Nam debet aliquo modo eſſe latens ⁊ peregrina: quia non debet eſſe multum humilis: ⁊ debet eſſe clara: quia non debet eſſe minus excellens ⁊ amplioſa. Cum ergo palam ſit: ꝙ qui bene fecit metaphoras: loquitur peregrine ⁊ clare: manifeſtum eſt: ꝙ vti metaphoris ſpectat ad rhetorem.
¶ Deinde cum dicit.

¶ Nomen autem ſophiſte quidem eſt equiuocationis opportune. Penes has enī malignātur: poete autem ſynonyme. Dico autem propria: que ⁊ ſynonyma: puta progredi ⁊ ambulare. Hec enim ambo ⁊ propria: ⁊ ſynonyma inuicem.

¶ Comparat ſermonem rhetoricum ad ęquiuoca ⁊ ſynonyma. Et duo facit: quia primo oſtendit: ꝙ non ſpectat ad rhetorem vti nominibus ęquiuocis ⁊ ſynonymis. Secundo quia dixerat: ꝙ rhetor debet vti metaphoris: determinat de his metaphoris: qualiter eis ſit vtendum. Secunda ibi. (Qđ quidem igitur.) ¶ Intendit ergo primo talem rationem. Proprium eſt ſophiſticum vti ęquiuocis: ⁊ poetarum ſynonymis. Rhetor: nec eſt ſophiſta: nec eſt poeta. ergo nec ęquiuocis: nec ſynonymis vti dȝ. De hac autē ratione ponit ſolum maiorem dicens: ꝙ ſophiſtę optime operantur circa ęquiuocationes nominum: ⁊ penes tales ęquiuocatiōes malignantur. Poetę autem vtuntur ſynonymis: ⁊ exponit quid appellat ſynonymum dicens: ꝙ nomina propria ⁊ ſynonyma ſunt: puta progredi: ⁊ ambulare. Hęc enim ambo ſunt propria: quia non ſunt extranea: ⁊ quia idē ſignificant ſunt ſynonyma adinuicem. Sunt enim ſynonyma plura idem ſignificantia. ¶ Deīn. cū. d.

¶ Quod quidem igitur horum vnumquodqȝ eſt: ⁊ quot ſpecies metaphore: ⁊ ꝙ hec plurimum poſſit: ⁊ in poeſi: ⁊ in orationibus metaphore dictum eſt: quemadmoduȝ diximus in in his: que de poetica.

¶ Determinat de metaphoris. Et duo facit: quia primo oſtē

dit:ꝙ diſtinguere metaphoras ſpectat ad poeticam. Se-cundo pręſuppoſita diſtinctōe metaphoricę oſtendit: qualiter metaphoris ſit vtendum. Secunda ibi. (Tanto autem in oratione.) ⸿ Dicit ergo: ꝙ quid ſit vnumquodqꝫ eorum. i. quid ſit vnumquodqꝫ ęloquium metaphoricuꝫ: ⁊ quot ſpecies metaphoricę: ⁊ ꝙ genus metaphorę poſſit plus: dictum eſt in poeſi in diuiſionibus metaphoricę. i. in hoc tractatu: ita vbi de metaphoris agetur: quia etiam ad rhetorem ſpectat aliquo modo determinare de metaphoris: vnde dicuntur in hoc libro aliqua de metaphoris: quę etiam diximus in his: quę dicta ſunt de poetica.
⸿ Deinde cum dicit.

⸿ Tanto autem in oratione oportet magis laborare de ipſis: quanto ex paucioribus auxilijs omnino eſt ꝙ̄ metra: ⁊ euidētiā: ⁊ delectationem: ⁊ extra neceſſitateꝫ habet maxime metaphora: ⁊ accipere ipſam non eſt ab alio.

⸿ Oſtendit quomodo metaphoris ſit vtendum. Et duo facit: quia primo oſtendit hoc in vniuerſali. Secundo in ſpeciali. Secunda ibi. (Eſt autem in ſyllabis.) ⸿ Circa primum tria facit: quia primo dicit: ꝙ difficile eſt vti debitis metaphoris in rhetorica. Secundo dat regulaꝫ qualiter metaphoris ſit vtendū. Tertio docet adaptare vſuꝫ metaphoricum ad negocium laudatiuū ⁊ vituperatiuuꝫ. Secunda ibi. (Oia aūt impoſita.) Tertia ibi. (Et ſi ornare.) ⸿ Dicit ergo primo: ꝙ ſi volumus vti metaphoris in oratione rhetorica: tanto magis oportet laborare ad vtendum ipſis: quanto oratio rhetorica ex paucioribus auxilijs eſt conſtituta ꝙ̄ metra. Non enim ita auxiliamur ⁊ defendimus orationē nudam: quando continet extraneitates: ſicut defendimus orationem poeticam: ideo cum metaphora videatur magis habere euidentiaꝫ ⁊ delectationem extraneitatem: ꝙ vtamur metaphora in ſermone rhetorico: vbi modica extraneitas conceditur eſt valde difficile: ideo ſubdítur: ꝙ in rhetorica non eſt accipere ipſam metaphoram ab alio. i. alieno ⁊ extraneo ęloquio. ſic enim vti debemus metaphoris: ꝙ ibi modicas extraneitates cōcomitatur. ⸿ Deinde cum dicit.

⸿ Oportet autem impoſita ⁊ metaphoras cōgruentes dicere. Hoc autem erit ex proportionali. Si autem non indecens apparebit: quia ſecus inuicem contraria maxime apparent. Sed oportet intendere: quomodo iuueni palma conueniens ſit: ſeni aliquid. Non. n. eadem decet veſtis.

⸿ Oſtendit quomodo metaphoris ſit vtendum dicens ꝙ oportet nos facere impoſita: vt ꝙ vtamur metaphoris ita tamen. ꝙ dicamus metaphoras congruentes. Hoc autem erit: ſi ſumatur metaphora ex proportionali: quia ſi non ſit metaphora proportionata: indecens apparebit: quia contraria iuxta ſe poſita maxime elucescunt. Si ergo metaphorā non adaptant ei cui conuenit ſecunduꝫ cōtrarium: ſtatim apparebit indecens. Oportet ergo intēdere: ꝙ diuerſis diuerſa conueniunt. Iuueni enim aliquid conuenit vt palmę: ideſt victorię ⁊ agones: ⁊ ſeni aliquid vt quies: ⁊ etiam in indumentis ⁊ in alijs intendendum: quia diuerſis diuerſa conueniunt. Non enim eadem veſtis conuenit ſeni ⁊ iuueni: domino ⁊ ſeruo: cuilibet ergo debemus congruas metaphoras adaptare. ⸿ Deinde ⁊c.

⸿ Et ſi ornare voluerit a melioribus eorū: que in eodem genere fere metaphoraꝫ: ⁊ ſi vituperare a deterioribus.

⸿ Docet adaptare vſum metaphorę ad laudem ⁊ vituperium. Et duo facit: quia primo proponit quod intendit. Secundo manifeſtat quod dixerat ibi. (Dico autem.) ⸿ Dicit ergo: ꝙ ſi aliquis vult aliquem ornare ⁊ laudare: debet ſumere metaphoram a meliori. Si vero vult eum vituperare: debet ſumere eam a deterioribus.
⸿ Deinde cum dicit.

⸿ Dico autem puta ꝙ contraria in eodem genere dicere. hunc autem petentem pauperescere: q: ambo petitiones: qd̄ dictum eſt facere.

⸿ Exponit quod dixerat. Et duo facit: quia primo facit quod dictum eſt. Secundo adducit ad hęc multa exempla. Secunda ibi. (Quomodo erit Iphicrates.) ⸿ Oſtendit ergo quomodo vnum ⁊ idem negocium poſſumus proferre laudabiliter ⁊ vituperabiliter dicens: ꝙ contingit contraria dicere in eodem genere: vt ſi aliquis ſit pauper ⁊ petat: poſſumus illam petitionem proferre laudabiliter. Nam petens aſcendit ⁊ deſcendit: aſcendit: ſi aliquid acquirit: deſcendit: quia ſe humiliat petendo. Si ergo dicimus hunc demonſtrato paupere petere aſcendere. proferrimus petitionem laudabiliter. Si vero dicamus hūc petentem pauperescere: ideſt ſe humiliare ⁊ deſcendere: proferrimus eam vituperabiliter. Et quia hęc ambo dicta ſunt circa petitiones in eodem genere ęloquij eſt facere quod dictum eſt. ſ. proferre illud contrarie: vt laudabiliter ⁊ vituperabiliter. ⸿ Deinde cum dicit.

⸿ Quomodo Iphicrates Calliam ſacrorum tractatorem accenſorem lampadum. hoc autem ineruditū ipſum eſſe. Non enim vtrqꝫ ſacrorum tractatorem ipſum vocare: ſed lampadum accenſorem. ambo enim circa deum. Sꝫ hoc quideꝫ honorabile: hoc aūt inhonorabile.

⸿ Adducit ad hoc plura exempla. Et quatuor facit ſecundum ꝙ quatuor exempla adducit. Secunda ibi. (Et hi quidem.) Tertia ibi. (Et pędones.) Quarta ibi. (Illud autem ꝙ Telephus.) ⸿ Primum exemplum tale. Naꝫ ſi aliquis miniſtraret eccleſię tractando neceſſaria eccleſię: poſſet nominari turpiter: ſi diceretur accenſor lampadum. pulchre autem ſi diceretur tractator ſacrorum ⁊ diuinorum. Iphicrates autem volens vituperare Calliam qui erat tractator ſacrorum: appellauit ipſum accenſoreꝫ lampadum non tractatorē ſacroruꝫ: vt oſtenderet ipſum eſſe vilem: ⁊ ineruditum. Nam licet ambo prędicta ſint circa deum: vnum tamen eſt honorabile: vt tractare ſacra: aliud eſt vituperabile: vt accendere lampades.
⸿ Deinde cum dicit.

⸿ Et hi quidem Bacchi adulatores: ipſi auteꝫ ipſos artifices vocant. Hec autem ambo metaphora: hi quidem ſordidantium. hoc autem contrarium.

⸿ Ponit ſecundum exemplum ſecundum ꝙ Bacchi adulatores: ideſt illi qui ſunt quaſi dij ⁊ aſtuti ad adulandum: vnde alia littera habet: callidi ⁊ aſtuti non vocant ſe adulatores: ſed dicunt ſe eſſe artifices: ⁊ ſubtiles: ⁊ ingenioſos. Nam licet hęc ambo metaphorica: ⁊ de vno ⁊ eodem negocio. hoc tamen eſt ſordidum: ꝙ alıgs ſit adu

lator

latoꝛ: illud vero eſt contrarium .i. laudabile. ꝙ aliquis ſubtilis ⁊ ingenioſus ſit. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et predones quidē ſeipſos acquiſitores vocant. Naꝫ propter quod licet dicere iniuſta facientem quidem peccare: peccantem autem iniuſta facere: ⁊ furanteꝫ: ⁊ accipere ⁊ acquirere.

¶ Ponit tertium exemplum: ꝙ predones nō vocant ſe fures: ſed vocant acquiſitores. Nam licet iniuſta facientem poſſumus dicere ipſum peccare: ⁊ peccantem dicenduꝫ ſit iniuſta facere. Et licet furantem cōtingat accipere ⁊ acquirere: non tamen eſt ita turpe: ꝙ aliquis vocetur acquiſitor ſicut ſi diceretur fur: nec videtur ita turpe: ꝙ aliquis dicatur faciens iniuſta: ſicut ſi diceretur peccator: quia probi ⁊ valentes homines videntur facere iniuſta ⁊ iniuriam alijs. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Illud autem: quod Telephus euripidis ait: ſuper capulos gladiorum regnare: ⁊ progrediens in Myſſiam. Indecens enim erat: quia maius id: quod eſt regnare q̄ ſm dignitatem. Non igitur furatur.

¶ Ponit quartum exemplum: ꝙ Telephus euripidis ait ſe regnare ſuper capulos gladiorum. Erat enim ille rex latronum: ⁊ rex capientium gladios: vt ſonat alia littera: ille ergo progrediens in Myſſiā .i. in partes illas nominabat ſe regem ⁊ non furem: quia indecens eſt: ꝙ aliquis ſit fur: maius .i. melius ⁊ decentius erat: qđ determinaretur a regnare: ⁊ diceretur rex: q̄ ſi vocatus fuiſſet ſm indignitatem: ⁊ nominatus fuiſſet fur. ideo ſubditur. nō igitur furatur .i. ex eo: qđ ſic nominabatur: non appellabat fur.

ESt autem ⁊ in ſyllabis peccare: ſi non ſint delectabilis ſigna vocis: vtputa: Dionyſius erratius appellat in elegijs clamorem Calliopeꝫ poeſiꝫ: q2 ambo voces: praua autē metaphora eius ſignificatiua vocibus.

¶ Poſtq̄ determinauit de metaphora in vniuerſali: hic magis ſpecialiter determinat de ipſa. Et duo facit: q2 primo ponit ea: que requirūtur ad metaphoram augumētare ⁊ diminuere. Secunda ibi. (Adhuc enim ſimiliter.) ¶ Ad metaphoram autem tria requiruntur. Metaphora enim ſi ſit decens: debet eſſe ex propinquis: ⁊ congruis ⁊ debet eſſe clara: ideo tria facit: quia primo ponit metaphoram debere eſſe ex propinquis. Secundo ex cōgruis. Tertio ex claris. Secunda ibi. (Totaliter eſt bene.) Tertia ibi. (Adhuc autem tertium.) Ex propinquis auteꝫ nō eſt metaphora dupliciter. Primo: ſi ſit ſimilitudo modica: quia que propinqua ſunt alicui: non attingunt illud modicum: ſed multum. Secundo: metaphora non eſt ex propinquis: ſi ſit ex communibus. communia enim dicuntur rem attingere: non ex propinquis: quia non ducunt in cognitionem rei ſecundum ꝙ eſt in huiuſmodi. ideo duo facit: quia primo dicit metaphoram debere eſſe ex propinquis: quia non debet eſſe debilis. Secūda ibi. (Adhuc autem non.) ¶ Dicit ergo: ꝙ circa metaphoras contingit peccare in ſyllabis: vt quādo metaphora eſt indebita. Sicut enim per ſubtractionem ſyllabarum non fit debita repreſentatio dictionis: ſic per ſubtractionē debitaruꝫ circūſtātiarū fit indebita rep̄ſentatio metaphore: ⁊ non ducunt in cognitioneꝫ eius: propter quod metaphora eſt inducta. Ponit autem exemplum dicens: vt ſi non ſint ſigna delectabilis vocis: vel melius: vt habet alia littera: ſi non fuerit proprium ſignum vocis. Debet enim eſſe metaphora per propria: non per communia: ⁊ tunc delectat: quia ex propinquo repreſentat ea cuius eſt metaphora. Unde ait: vtputa Dionyſius erratius in ellegijs: id eſt in illis ſuis verſibus ſonos eris appellat clamorem. Hec autem metaphora eſt valde per communia. ſic enim ⁊ fragor arboruꝫ poſſet appellari clamor. ⁊ Calliopeꝫ appellabat poeſim: quia ambo voces. Hec autem metaphora eſt nimis praua: ⁊ ſic ſignificatur vocibus: nimis eniꝫ eſt per communia augere: appellare Calliopem poeſim: q2 Calliopes eſt q̄dam vox: ⁊ poeſis quedā ē vox exiſtit. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Adhuc autē non de longe: ſed ex cognatis ⁊ eiuſdem ſpeciei: transferre que non nominata nominando: qđ prenunciatuꝫ: manifeſtū eſt: quia cognitum.

¶ Oſtendit ꝙ metaphora non debet eſſe debilis dicens: ꝙ non debet eſſe de longe. Huiuſmodi ſunt ea: que debiliter repreſentant: ſed debet eſſe ex cognatis: ⁊ ex his: que ſunt eiuſdem ſpeciei: ⁊ eiuſdem maneriei: cuiuſmodi ſunt illa: que efficaciter repreſentāt. Sic ergo debemus transferre nominando ⁊ imponendo nomina etiam in his: que non ſunt nominata. Eo eniꝫ ꝙ aliquid eſt prenunciatum videbitur eſſe manifeſtum ⁊ cognitum: ⁊ videtur efficaciter repreſentatum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Vtputa in enigmate approbato. Viruꝫ vidi ignitum eniꝫ ſuper virum colliſantem .i. adherere facientem. Innominata eniꝫ paſſio. Sūt autem ambo appoſitio quedaꝫ: colliſim igitur dixit notans ventoſe appoſitionē.

¶ Manifeſtat quod dixerat per exemplum dicens: ꝙ hoc eſt videre in enigmate: id eſt in metaphora appropriata: vtputa in illo verſu. Viruꝫ vidi ignitum enim ſuper virū colliſantem .i. adherere facienteꝫ. Iſta metaphora eſt ex cognatis: cum aliquis propter ſuam viuacitatem appellatur eſ ignitum: ⁊ innominata paſſio appellatur. Non enī habemus proprium nomen ad ſignificandum vnum: qui ex ipſo intuitu facit homines ſibi adherere: ſꝫ fingimus tale nomē: ⁊ nominamus ipſum colliſantem. Ex quo apparet quod ſuperius tangebatur: videlicet ꝙ poſſumus aliquando vti nominibus fictitijs. Addit autem: ꝙ ambo .ſ. iſta duo .ſ. facere ⁊ adherere: ſunt vna appoſitio: ⁊ dicitur colliſatio: colliſim igitur dicit denotans appoſitioneꝫ ventoſe: vel ventoſam. id eſt excellentem ⁊ glorioſam: q2 propter gloriam ⁊ excellentiam vnius homo adheret alij. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et totaliter ex bene enigmatizatis eſt metaphoras accipere congruas. Metaphore enim enigmatizantur. Quare palam: quia bene trāſlate ſunt: ⁊ ab honeſtis: honeſtas autem hec quidem: ſicut Lichinius dicit in ſono: aut ſignificato eſt turpitudo: aut eodem modo.

¶ Dicit ꝙ totaliter ex bene enigmatiçatis: id eſt ex bene ⁊ ꝯgrue rep̄ſentantis cōtingit accipere metaphoras ꝯgruas. Enigma enim dici poſſet quelibet rep̄ſentatio aliquo modo obſcura. ideo ſubdit: ꝙ quia metaphore enigmatiçant̄ ⁊ transferunt̄: ideo palam eſt: ꝙ tunc bene ſunt tranſlate metaphore: q̄n ab honeſtis accipitur honeſtas: ita ꝙ honeſta per honeſta figurantur: pulchra enim per noīa pulchra ⁊ per res pulchras figurari: ideo dicebat Lichinius: ꝙ in ſono quantum ad nomina: ſiue quātū ad voces: ⁊ in ſig̃ato

quantum ſupple debet eſſe pulchritudo: ſi pulchra repre-
ſentari debent. Et turpitudo eodez modo dz figurari p ſo
nas turpes: ⁊ per res turpes. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Adhuc autem tertium: q ſoluit ſophiſticuz
ſermonẽ: nõ itelligiť. Ait Brito. neminez tur-
pe loqui: ſiquidem idem ſignificat hoc ꝓ hoc
dicere. Hoc enim eſt falſum: eſt aliud alio ma
gis ꝓprium: ⁊ aſſimilatum magis: ⁊ cõuenien
tius in faciendo rem pre oculis.

¶ Oſtendit q metaphora debet eſſe ex claris: que ẽ tertia
proprietas metaphorę. Hęc autem proprietas ſoluit ſer-
monem ſophiſticum: quia ex hoc aliquis ſophiſticatur: eo
q non intelligitur qd dicitur. Unde Brito dicebat: q nul
lus turpiter loquitur: ſi idez ſignificat hoc pro hoc dicere.
cum enim ſermo non intelligiť non magis ſignificat vnũ
q̃ aliud. Si ergo tollitur intellectus ſermonis: tolliť tur-
pitudo ſignificati: quia non loquitur vnus pulchrius alio:
niſi q aliud ſignificat hoc: quod dicit vnus: ⁊ hoc quod di
cit alius. Ideo ſubdit: q hoc eſt falſum. ſ. q idez ſignificet
dicere hoc: quod habetur: quia eſt diuerſitas ex ſignatis: ⁊
ideo aliud eſt alio magis proprium: ⁊ magis aſſimilatum
⁊ magis conueniens: ⁊ facit rem pre oculis. i. magis claraz
⁊ intelligibilem. Et magis potiſſime eſt attendendum in
metaphoris: quia metaphora clara eſſe debet: non q nul-
lam obſcuritatem contineat: quia tũc non eſſet metapho-
ra. Sic. n. metaphora dz eſſe clara. q2 ẽt dz eſſe latẽs: ⁊ ſic
dz eſſe aperta: q ẽt dz eẽ enigmatica. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Adhuc autem non ſimiliter habens ſignifi-
cat hoc ⁊ hoc. Quare ⁊ ita aliud alio pulchri-
us ⁊ turpius ponendum. ambo quidem enim
honeſtum: aut turpe ſignificant. Sed non in
quem honeſtum: aut in quem turpe: aut hoc q
dẽ: ſed magis ⁊ minus. Metaphoras aũt hoc
ẽ faciẽdũ: aut ab honeſtis. Tales autẽ vocant
potẽtia: aut viſu: aut alio aliquo ſenſu dr̃unt.

¶ Poſtq̃ dedit proprietates metaphorę: quia primo debz
eſſe ex propinquis. Secundo ex congruis. Tertio ex mani
feſtis. hic docet augmentare ⁊ diminuere metaphoras.
Duo ergo facit: quia primo docet augere. Secundo mi-
nuere. Secũda ibi. (Adhuc ibi diminutiua.) ¶ Circa pri
mum duo facit: quia primo docet augere metaphoraz ex
aliquo conſiderato in ſe. Secundo docet hoc idem p adie
ctionem alterius. Secunda ibi. (Et in adiectiuis.) In
ſe autem poſſumus augmentare metaphoram quantum
ad laudem: quando illud: quod poteſt dici minus pulchre
dicimus magis pulchre: vel quantum ad vituperium: vt
quando illud idem: quod poteſt dici minus turpiter dici-
mus magis turpiter. Duo ergo facit: quia primo propo-
nit quod intendit. Secundo manifeſtat quod dixerat per
exemplum. Secunda ibi. (Differt autem dicere.) ¶ Di
cit ergo: q aliquid non ſimiliter ſe habens. i. non ſimiliter
nominatum ſignificat hoc ⁊ hoc. i. magis ⁊ minus turpi-
ter: vel magis ⁊ minus pulchre. ergo ſm noiationez ponẽ
dum eſt aliud alio pulchrius quantum ad laudem: ⁊ tur-
pius quantum ad vituperium. Nam licet ambo. i. tam il-
lud: quod ſignificat minus pulchrum: q̃ illud: quod ſigni-
ficat magis pulchrum: licet enim vtrunq3 iſtorum ſignifi
cet quid honeſtum: vel licet vtrunq3 ſignificet quid turpe
ſignificant magis ⁊ minus turpe. Differentia eſt tamen in
quantum honeſtum: quia non ſignificat tantam honeſta-
tem vnum ſicut aliud: aut inquantum turpe: quia nõ tan-
tum turpitudo importatur per vnum ſicut per aliud: aut
hoc quidem ſignificant. ergo ambo. i. ambo ſignificat pul
chritudinem: vel turpitudinem: ſed ſm magis ⁊ minus.
Hoc vero eſt faciendum metaphoras: aut augmentando
eos ab hõeſtis: ſi volumus laudare: aut ſupple a turpibus
ſi volumus vituperare. Tales autem: quas vocamus me
taphoras differunt: aut potentia: aut viſu: aut aliquo alio
ſenſu. Alia autem littera: q metaphorę aſſumantur maio
res ab his: que ſunt bona. Nam quantum ad ſubſtantia-
lia: aut virtute quantum ad accidẽtalia: aut viſu: ⁊ alio ſen
ſu quantum ad apparentiam. Et ſic poſſemus concorda-
re litteram: q metaphorę debent augeri: vt ab his: que vo
camus. Et dicimus q ſunt honeſta: potentia: ⁊ virtute. i. in
ſe: vel ſunt talia viſu ⁊ ſenſu. i. apparentia. Laudamus eñ
aliquem non ſolum per ea: que ſunt vere honeſta: ſed etiã
per ea: que apparent talia: ⁊ quod dictum eſt de honeſtis
⁊ laude: intelligendũ ẽ de turpib9 ⁊ vitupio. ¶ Dein. c. d.

¶ Differt autez dicere: vtputa: redondactylus
q̃ adhuc magis aut pũiceodactylus q̃ adhuc
peius rubeodactylus.

¶ Manifeſtat per exemplum quomodo idem poteſt ma
gis pulchre ⁊ minus pulchre nominari dicẽs: q differt di
cere: ſi aliquis nominetur redondactylus. i. odoriferus: ad
huc quoniaz magis pulchre nominaretur: ſi diceretur pu-
niceodactylus. i. floridus color: puniceus eſt color cuiuſdã
floris: pulchrius eſt dicere d aliquo: q ſit floridus q̃ q ſit
odoriferus: ſz peius. i. minus pulchre nominaretur rubeo
dactylus. i. rubicundus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et in adiectiuis eſt quidem adiectiones face-
re: aut a prauo: aut a turpi: vtputa magis vio-
lator: eſt aũt a meliori: vtputa patris defenſor.

¶ Oſtendit quomodo per adiectiua poſſumus argumen-
tari laudem ⁊ vituperium. Non enim ſolum vnum ⁊ idẽ
poteſt nominari magis pulchre: vt ſi dicatur rubicũdus:
ſed vni ⁊ eidem poſſumus addicere magis ⁊ minus pul-
chrum: vt ſi diceretur aliquis floridus defenſor: eſſet pul-
chrius q̃ floridus violator. Duo autem facit philoſophus
quia primo premittit intentionem ſuam. Secundo addu
cit exemplum ad propoſitũ ibi. (Et Symonides.) ¶ Di
cit ergo: q in adiectiuis contingit ſumere augmentũ ſm
laudem ⁊ vituperium: ⁊ poſſunt fieri adiectiones a prauo
⁊ turpi: vt ſiquis dicatur violator: vel a meliori ⁊ pulchro:
vt ſi dicatur patris defenſor. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et Symonides quando quidẽ dabat poſt-
q̃ vicerat mercedem modicam ſuis mulis no
lebat poetizare tanquam contemnens ad ſe-
miaſinos poetizare. Quando autem ſuffici-
ens dedit poetizauit. Gaudete filie equoꝝ pe-
dibus expeditorum: quãquam ⁊ aſinorum fi
lie eſſent.

¶ Adducit exemplum de Symonide: qui poſtquam vi-
cerat: ſi dabat modicam mercedem ſuis mulis: nolebat
poetiçare: ideſt non burlabat: neq3 truffabatur: ſed dice-
bat cõtemptibile eſſe poetiçare ad ſemiaſinos. In hac au
tem adiectiõe muli: qui ſunt ſemiaſini: eo q ſint: ex equo
⁊ aſino denominarentur a turpi. ideſt a peiori: quia ab aſi
no. Sed quando Symonides dabat ſufficientem cibum
⁊ ſufficientem mercedem mulis ſuis: tunc poetiçabat: ⁊
turphabatur: ⁊ non appellabat mulas ſuas ſemiaſinas:
ſed nominabat eas meliores: quia vocabat eas filias
equorum: vnde ipſe dicebat. Gaudete filię equorum
expeditorum

expeditorum pedibus. i. habentes pedes expeditos ꝗ̃ꝗ̃ ⁊ aſinorum filię eſſent. Muli enim nati ſunt ex equa ⁊ aſino: vnde ibi equorum ponitur pro equarum: maſculinus pro feminino. mula enim equidem non oritur ex equo: ſed ex equa. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Adhuc idem diminutam fieri. Eſt autem diminutio: que minus facit ⁊ bonum ⁊ malum. Quemadmodum ⁊ Ariſtophanes irridẽs babilonijs pro auro quidem auriolum: pro indumento autem induméticulum: pro maledictione autem maledictiunculam. Veri autem opꝫ ⁊ obſeruare in ambobus moderamen.

¶ Docet minuere laudem ⁊ vituperium dicens: ꝙ contingit idem .i. eandem rem fieri diminutam. Diminutio enĩ eſt id: quod facit apparere minus bonum quantum ad diminutionem vitupery. Et ponit exemplum de Ariſtophane: qui irridens Babilonijs pro auro dicebat diminutiuũ auriolum: ⁊ pro indumento indumenticulum: ⁊ pro maledictione maledictiunculá. Addit autem: ꝙ debemus vereri .i. timere: ⁊ cauere nobis: ꝙ in ambobus .i. augumento ⁊ diminutione ſeruemus moderamen: quia nõ debemus nimis augere bona ⁊ mala: nec nimis minuere.

Inſipida autem in quatuor fiunt ſm locutionem.

¶ Poſtq̃ ph̃s determinauit ꝙ oratio rhetorica debet eſſe propria. hic in parte iſta oſtendit ꝙ non debet eſſe abuſiua. Et duo facit: quia primo facit quod dictum ẽ. Secundo qr in pręcedentibus fecerat mentionem dè metaphoris: ne aliquis crederet: ꝙ aſſimilatio eſſet idem omnino qđ metaphora. ideo determinat de aſſimilatiõe dans differentiam inter aſſimilationem ⁊ metaphoram. Secũda pars ibi. (Eſt autem ⁊ aſſimilatio.) ¶ Ad euidentiam autem primę partis eſt notandum: ꝙ abuſiuum opponitᷣ ei: quod eſt proprium. Tot ergo modis poteſt fieri oratio abuſiua: quot modis poteſt fieri propria. Hoc autem contingit quadrupliciter. Primo ſi fiat per nomina fictitia. Secundo ſi fiat per aliena. Tertio ſi fiat per ſynonyma. Quarto ſi fiat per incongruentes metaphoras: quę omnia patere poſſunt ex dictis. Poſſet autem addi quintus modus: vt ꝙ fieret talis impropietas ⁊ abuſio per ęquiuoca. Sed iſte eſt modus ſophiſtarum: ⁊ rhetor non de facili labitur in modum ſophiſticum: ſicut in modum poeticum. ideo illam abuſionem de ęquiuocatiõe tacet. Vel poſſumus dicere: ꝙ ideo tacet eam: quia talis abuſio computata fuit inter locos ſophiſticos. Duo ergo facit philoſophus quia pmo dicit: ꝙ abuſiua locutio fit quatuor modis. Secundo exequitur de vnoquoqꝫ mẽbro. Secunda ibi. (In duplis nominibus.) Dicit ergo primo: ꝙ inſipida .i. frigida ⁊ abuſiua: vt ſonant alię tranſlationes: fiũt ſm locutionem in quatuor. ¶ Deinde cum dicit.

¶ In duplis noibus: puta Lycofron celũ multarum facierum: ſeu magne virtutis terrã: ⁊ radium aũt ſtricti meatus: ⁊ vt Gorgias noiauit paupẽ: ſapiẽs adulator ⁊ deierãtes: ⁊ vt Alcbidamas maneſiũ qdẽ aiam repletã: ignei coloris autem viſum factum: ⁊ finis reportatiuus: puta vt promptitudinem ipſorum fore. Et finis reportatiuam perſuaſibilitatem orationum ſtatuit: ⁊ ſubobſcuri coloris maris pauimentũ.

¶ Exequitᷣ de prędictis. Et quatuor facᷣ ſꝫ ꝙ quatuor exeqtur de abuſione. ſiue de impropietate: quę reducitur ad nomina fictitia. Secundo de ea: quę reducitur ad nomina aliena. Tertio de ea: quę reducitᷣ ad ſynonyma. Quarto ⁊ vltimo de ea: quę reducitur ad incongruentes metaphoras. Secunda ibi. (Una autem vti linguis.) Tertia ibi. (Tertium autem in adiectiuis.) Quarta ibi. (Et Adhuc quarta.) ¶ Notandum autem: ꝙ ad nomina fictitia reducitur omnis circunlocutio. Fictitium enim eſt circunloqui aliquid: ⁊ nominare ipſum pluribus nominibus: qđ poteſt ſolo nomine nuncupari: propter quod hęc abuſio: ⁊ ſi non eſt impropietas in poetica: eſt tamen quid improprium in rhetorica. In determinando autem de hac abuſione duo facit: quia primo pręmittit quod intendit. ⁊ adducit plura exempla ad propoſitum. Secundo dat cauſam dicti ibi. (Omnia enim hęc.) ¶ Dicit ergo: ꝙ in duplis nominibus .i. in circunlocutionibus: quia circunlocutiones fiunt per plura nomina: in talibus ſupple contingit fieri abuſionem: vtputa Lycofron cęlum appellabat multarũ facierum: quia forte ſic circunloquebatur ipſum: qr in eo ſm diſpoſitiones ſtellarum deſcribitur multitudo imaginũ. Et loco terrę dicebat: aliquid magnę virtutis: quod forte ideo dicebat: vt ſonat alia littera: quia terra videtur eẽ genitrix populorum: ⁊ radium appellabat ſtrictam viam: ſiue ſtrictum meatum: quia radius videtur eſſe quid linearem. Et Gorgias volens circunloqui pauperem dicebat: ſapiens adulator: omnes iſti ſic loquentes deierantes .i. diuinantes: ⁊ denotantes .i. circunloquentes ſupple vt non debent. Adducit autem alia exempla dicens: ꝙ Alcbidamas maneſium inanis appellabat animam repletam malorum: repleri enim malicijs eſt tendere ad vanitatem: viſum autem appellabat factum ignei coloris: quia in viſu videtur abũdare lux ⁊ ignis: ⁊ reportatiuũ finis: ⁊ putauit fore promptitudinem ipſorum: ideꝫ ⁊ Alcbidimas reportatiuam finis ſtatuit eſſe perſuaſibilitatem orationũ. Dupliciter enim quis reportat finem ⁊ intentum: vel propter promptitudinem: vel propter perſuaſibilitatẽ. Et pauimẽtum maris obſcuri coloris .i. ſermonem obſcurum: ſiue ſermonem obſcuri coloris appellauit pauimentum maris. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Omnia enim hec poetica propter duplationem videntur.

¶ Dat cauſam dicti: quia iſta ſunt impropria dicẽs: ꝙ omnia hęc propter duplationem .i. propter circunlocutioneꝫ videntur eſſe poetica non rhetorica: vna igitᷣ cã quare eſt abuſio in locutione: eſt hęc quã aſſignamus. ¶ Deinde.

¶ Una quidem igitur cauſa hec: dico autem vt in linguis: vtputa Lycofron Xerſem peloriꝫ virum: ⁊ Syrouiſus vir: ⁊ Alcbidimas a carina poeſi: ⁊ nature ataſchulina: ⁊ mẽtis iram.

¶ Ponit ſecundam abuſionem: quę fit per nomina extranea dicens: ꝙ vna alia abuſio fit in linguis .i. in ydiomate extraneo: vt ſupplet alia littera: vtputa Lycofron Xerſeꝫ appellauit virum pelorum. i. virum magnum: vt habet alia littera: forte apud gręcos extranee vir pelorus dicitur vir magnus ⁊ Syrouiſus eo ꝙ erat vir: queꝫ homines ſitiebant dimittebãt: ⁊ Alcbidimas nominatus fuit a carina ⁊ poeſi: quia forte in magna carina: ⁊ in magna copia erat poeticus. Vel forte erat multum iocoſus poeta: poeſis enim ad ludum vergit: vnde alia littera habet: ꝙ erat ludus eſt ſtulticia: ⁊ nare ataſchuline appellat in iram mentis naturę. Aut ataſchulina: vt poſſumus ex alia littera cõiecturari: idẽ eſt ꝙ naturalis cõcupiſcentia: quę extranee:

dicitur ira mentis: concupiſcentia enim lz mentē ꝑturbet nō tñ dicitur ira mentis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Tertium autem adiectiuis vti: aut longis: ut in operationibus: aut ſpiſſim poſitis.

¶ Determinat de abuſiōe: quę reducitur ad nomina ſynonyma. Ad cuius euidentiam notanduz: ꝙ ſm cōmentatorem in quarto metaphiſicę ſynonyma ſunt illa: quę dicūt vnum ⁊ idem ſuper vna ratione: pro quo idez eſt. Omnis enim inutilis adiectio poteſt reduci ad iſtam abuſionem. ideo tertia abuſio hic accipitur ſm adiectiua. In ponēdo autem hanc abuſionem duo facit: quia primo pręmittit quod intendit. Secundo exequitur de intento. Secunda ibi. (In poeſi quidem.) ¶ Dicit ergo: ꝙ tertia abuſio eſt vti adiectiuis: aut longis: vt in operationibus: aut ſpiſſim poſitis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ In poeſi quidem enim decet: lac album ſi dixeris: in oratione autem hec quidem indecētiora. Hec ſi ſint importuna: arguūt ⁊ faciunt im manifeſtum: quia poeſis eſt.

¶ Exequitur de intento. Et tria facit: quia primo oſtendit qualiter ⁊ quomodo cōmittitur abuſio: ſi vtamur adiectiuis importunis. Secundo ſi ſpiſſis. Tertio ſi longius. Secunda ibi. (Ita ſpiſſim.) Tertia ibi. (Dominco autem.) ¶ Circa primum duo facit: quia primo dicit eſſe abuſionem: ſi ponantur adiectiua importuna. Secundo probat quod dixerat ibi. (Quoniam maius facit.) ¶ Dicit ergo: ꝙ in poeſi decet: ꝙ aliquis ponat ibi adiectiuum importunum dicendo. lac album: ſi enim in oratione rhetorica hoc dixerit: videbitur indecens. Addit ex hoc: ꝙ adiectiua importuna. i. non inopportuna: ſi ponentur in oratione iſtis ſiam arguunt: ⁊ manifeſtum faciunt ꝙ illa oratio nō ē rhetorica: ſed poeſis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quoniam oportet vti ipſis: tranſmutat eniz morem: ⁊ abducentem facit locutionem: ſed oportet coniecturare medium.

¶ Probat tales locutiones non eſſe rhetoricas. Et tria facit ſm ꝙ tria hic oſtendit. Secunda ibi. (Quoniam maius facit.) Tertia ibi. (Non enim vt ꝯdimento.) ¶ Prima ratio talis. Oꝫ oportet vti ipſis adiectiuis: ſed opportunis: vt ſpectat ad propoſitum: ſed importunis non. Et eſt ratio: quia talis locutio tranſmutat ⁊ tranſcendit maiorez rhetoricaz: ⁊ facit locutionem abducentem. i. peruerſum. oportet ergo coniecturare mediū vt non omittamus adiectiua opportuna: nec aſſumemus importuna. Formetur autem ſic ratio. Quicquid tranſuertit morem rhetoricaz non ſpectat ad rhetorez: vti adiectiuis importunis eſt huiuſmodi. ergo ⁊c. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quoniam maius facit malum ꝙ̄ fortuito dicere. Hoc quidem enim nō hꝫ: ꝙ bene ā̄t: hoc aūt ꝙ male. Propter qꝺ ea: que ſunt Alchidimātis inſipida videntur.

¶ Ponit ſecundam rationem. Oꝫ talis eſt peior ꝙ̄ locutio caſualis ⁊ fortuita: q̄ nō ē rhetorica: ſed huiuſmodi eſt dicta locutio. ergo ⁊c. Oꝫ autem loquens per adiectiua importuna faciat maius maluz ꝙ̄ ille qui loqtur fortuito: pꝫ quia fortuito loquens non de neceſſitate male loquitur: ſed tamen ſm ꝙ huiuſmodi non habet: ꝙ bene loquatur: ſed loquens pdicto modo: ſemper loquitur ꝙ male. Et quia talia erant eloquia Alchidimātis. i. illius poetę: ideo videbantur inſipida ⁊ abuſiua. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Non enim vt condimento vtitur: ſed vt edulio adiectiuis.

¶ Ponit tertiam rationem. Nam adiectiua nō ſunt ipſoꝝ edulium: vel non ſe habent vt cibus: vel condimentuz: quę ſunt quędam adiacentia: ⁊ dantia quendam ſaporem eloquijs: inquantuz clarificant quod dicitur. Qui ergo vtitur adiectiuis importunis: vtitur eis ac ſi eſſent cibus: ⁊ ac ſi eſſent ſubſtantia locutionis: cum ſint condimentum: ⁊ adiectiua quędam. Formetur autem ſic ratio. Ad rhetorem ſpectat vti dictionibus vt debet: vt vti cibo vt cibo: ⁊ condimento vt condimento: ſed hoc non facit locutio continēs adiectiua importuna. g̃ talis locutio nō ē rhetorica.

Ita ſpiſſim poſitis ⁊ maioribus ꝙ̄ regrant: vt puta: nō ſudorez: ſꝫ humidū: ⁊ non ad feſta: ſed ad eā: que feſtorum ſolēnitatem: ⁊ non leges: ſꝫ ciuitatū leges legales: ⁊ nō curſu: ſꝫ curſuali anime ipetu. Et non muſeium: ſed naturaz obtinens diſtrahentem ſolitudinem anime. Et non groſſus: ſed popularis gratie conditor: ⁊ diſpenſator delectationis audientium. Et non ramis: ſed ſylue ramis aſcendit: ⁊ non corpus tenuit: ſed corporis pudorem: ⁊ honorabile q̄rēs: eamqꝫ anime concupiſcentiam. Hoc autem ſimul: ⁊ duplum: ⁊ adiectiuum.

¶ In parte iſta determinat de abuſione locutionis: q̄ continet adiectiua ſpiſſa: vt cum aliquis illam eandem ſentētiam: quam poſſet dicere per vnum nomen: dicit per multa. Et duo facit: quia primo dicit talem locutionez eē abuſiuam. Secundo dat cauſam dicti. Secunda ibi. (Quare poema fit.) ¶ Dicit ergo: ꝙ ita etiam cōmittitur abuſio adiectiuis poſitis ita ſpiſſim ⁊ ſuperfluis: vt cum maiora ⁊ plura ponantur ibi adiectiua ꝙ̄ euidentia requirat: vt ſi quis non diceret ſudorem: ſed humidum ſudorem: ſuperflue ibi additur humidum. Et non dicatur ad feſta: ſed ad eam ſolemnitatem: quę eſt feſtorum: ⁊ non leges: ſed legales leges ciuitatum: ⁊ non curſu: ſed curſuali animę impetu. in omnibus his eſt quędā ſuperflua locutio. Sic etiaꝫ ſiquis volens dicere muſeium. i. muſam: ⁊ ſcientiam diceret muſę: ſed obtinens naturam diſtrahentem ſollicitudinem animi: ſcientia enim naturam perficit: ⁊ diſtrahit a ſollicitudinibus alijs. Et ſi vellemus dicere de aliquo: ꝙ eſt groſſus: diceremus ꝙ eſt conditor gratię popularis: ⁊ diſpenſator delectationis audientium. inquantuz facit audiētes delectari. Et nō diceremus ramis: ſed ſyluę ramis aſcendit: ſuperflue ponitur ibi ſyluę: ⁊ non corpus tenuit: ſed tenuit corporis pudorez: ⁊ querens eam honorabilem concupiſcentiam: quę eſt animę. Cōtinentes enim corpus ⁊ animę paſſiones continent ſe ⁊ obſeruāt ſe a pudoribus carnalibus: ⁊ honorabilia quęrunt: ⁊ non cōcupiſcunt. Addit autem: ꝙ omnia hęc ſunt ſimul duplum ⁊ adiectiuum: quia in omnibus his ſunt duplicantes ⁊ circumlocutiōes ⁊ adiectiua ſuperflua. ¶ Notandum autē: ꝙ ſicut in vno ⁊ eodem ſophiſmate poſſunt cōcurrere plures fallacię: ſic in vno ⁊ eodem vitio poſſunt concurrere plures abuſiōes: ideo vna ⁊ eadeꝫ locutio poteſt eſſe importuna ſpiſſa ⁊ lōga aliter ⁊ aliter accepta. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quare poema fit: ⁊ ita innuebat malicie exceſſum: propter quod poetice dicentes indecētia: ridiculoſitatez: ⁊ inſipiditatē faciūt: ⁊ ob

ſcuritatem

ſcuritatem propter nugacitatem. Cum eniʒ co
gnoſcenti proponantur: diſſoluerunt euidētiā
et ſuperintendere.

¶ Dat cauſam: quare tales locutiones nō ſunt rhetoricę dī
cens: ꝙ in talibus locutiōibus ē poema. ⁊ in eis inuenitur
exceſſus malitię propter ſuperfluam locutioneʒ. Talia er
go ſunt poetica ⁊ continent indecentia: ⁊ ridiculoſitatē. i.
abuſionem ⁊ obſcuritatem faciunt propter nugacitatem
. i. propter ſuperfluam repetitionem. Qr autem faciant ob
ſcuritatem manifeſtat cum dicit: ꝙ proponantur talia co
gnoſcenti ⁊ ſcienti ſoluunt euidentiam. i. tollunt claritatē
reddunt enim locutionem obſcuram propter ſuperinten
dere. i. propter ſuperflue intendere. ⁊ ſi talia dicta ſunt ob
ſcura cognoſcentibus: multo magis ſunt obſcura ignoran
tibus. Non ergo ſunt rhetorica: quia omnino rhetorica dʒ
eſſe clara. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Homines autem duplis vtuntur: cum inno
minatum fuerit: ⁊ cū ſermo ē bene componi
bilis: vtputa: canotribem. tempore demorari.
Sed ſi multū: ſemper poeticū.

¶ Oſtendit quomodo fit abuſio per adiectiua longa. Et
duo facit: quia primo facit quod dictum eſt. Secūdo dat
vtilitatem talium elocutionum. Secunda ibi. (Propter
quod maxime.) ¶ Dicit ergo: ꝙ homines potiſſime vtū
tur duplis. i. circunlocutionibus: ⁊ adiectiuis: ſiue locutio
nibus longis qn̄ id: de quo loqui volunt fuit innominatū.
⁊ potiſſime ſi ſermo ſit bene componibilis: vtputa cano
tribem: quę eſt dictio bene componibilis: ⁊ hęc dictio co
notribem ſignificat idem quod demorari per tempus. Et
ſi tale adiectiuum fuerit multum. ⁊ in his: quę ſuperflue
componuntur: ſicut adiectiuis longis: ſemper eſt poeticuʒ
⁊ abuſiuum. Ponit autem ⁊ vtitur philoſophus in hoc lo
co adiectiuo: non prout diſtinguitur contra ſubſtantiuum
ſed pro omni adiectione. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Propter quod maxime vtilis dupla locutio
his: q tytarabū faciūt: hi minime ꝓbroſi. Lin
gue aut verſificatoribus venerabile eniʒ ⁊ licē
ciatum. Metaphora aut iambicis his. n. nūc
vtuntur: ſicut dictum.

¶ Oſtendit quibus eſt vtilis talis locutio dicēs: ꝙ locutio
dupla. i. longa ⁊ replicata vtilis eſt his: qui faciunt tytara
bum. i. his etiam: qui faciunt ſermones legales incutiētes
terrorem corporibus: ⁊ verecundiam animabus: ne cōco
mitantur illicita. Tales enim non potiſſime videntur eē
probroſi: quia dicunt obprobria malefacientibus. talibus
enim vtile eſt replicare: vt magis timorem incutiant. Ad
dit autem quibus eſt licitum in talibus dicens: ꝙ linguę
. i. poeticę: quę potiſſime conſiſtit in locutiōe: ⁊ verſificato
ribus prędictum eloquium eſt vt venerabile ⁊ licentiatū.
Verſificatores enim ſic loquendo metaphoris: aut iambi
cis. i. tranſferunt ſe ad verſus iambicos: quia vt dictuʒ eſt
verſificatores vtuntur talibus verſibus. Dicebat eniʒ ſu
pra: ꝙ dimiſerant verſus exametros: ⁊ adhęſerant iambi
cis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et adhuc quarta inſipiditas in metaphoris
ſit. Sunt enim ⁊ metaphore indecentes. Hę
quidem propter ridiculum: vtuntur. n. ⁊ for
tiores comedie metaphoris. Hę autem ꝓpter
vetuſtatem nimiam: ⁊ turgitatem: obſcure au
tem ſi a longe.

¶ Determinat de abuſiōe circa metaphoras. Et duo facit.
quia pręmittit primo quod intendit. Et oſtendit quot mo
dis fit talis abuſio. Secundo determinat de membris di
uiſionis. Secunda ibi. (Vtputa Gorgias.) ¶ Dicit ergo:
ꝙ quarta inſipiditas fit in metaphoris. Addit auteʒ quot
modis fit talis abuſio. quia duobus modis. Dupliciter. n.
ſunt metaphorę indecentes. Primo propter ridiculuʒ: vt
ſi ſint nimis apparenter deriſorię. Nam fortiores comę
dię. i. comędię ſatyricę: quę ſunt fortiores reprehenſibiles
vtuntur huiuſmodi metaphoris nimis apertis ⁊ ridiculo
ſis ad reprehendendum: ⁊ increpandum alios. Hę autem
. i. alio modo ſunt metaphorę indecētes: ſi ſunt nimis clau
ſę propter nimiam vetuſtatem ſermonis. hoc eſt ſunt ni
mis obſcurę: propter turgitatem. i. propter obſcuraʒ pictu
ram poeticam: ⁊ maxime ſunt tales: ſi ſunt a longe: ⁊ ſi ſu
matur metaphora a remotis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Vtputa Gorgias viridia ⁊ ſanguinea habē
tia negocia: tu autem hoc turpiter feſtinaſti: ⁊
male meſuiſti: poetice eniʒ nimis.

¶ Exequitur de prędictis. Et duo facit: quia primo exequi
tur de metaphoris: quę ſunt indecentes: quia ſunt nimis
apertę. Secundo de his: quę ſunt nimis clauſę. Secunda
ibi. (Et vt Alchidamas.) ¶ Dicit ergo: ꝙ metaphora ē
nimis aperta ⁊ indecens: vtputa: illa quę dicebatur Gor
gias. vt aliquis habebat negocia ſanguinea. i. turpia ⁊ viri
dia: quia recenter fecerat illa mala: dicebat ei tu turpiter
feſtinaſti: ⁊ male meſuiſti. Iſta metaphora erat nimis aper
ta: forte erat nimis conſueta: ideo eam appellat nimis poe
ticam. i. nimis ridiculoſam. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et vt Alchidamas philoſophiā ſuꝑſtructu
ram legum: ⁊ odiſſeyam honeſtum humane
vite ſpeculum: ⁊ nullum iudicium poeſi affe
rens. Omnia enim hec imperſuaſiua propter
ea: que dicta ſunt.

¶ Ponit metaphoras nimis obſcuras. Et duo facit: quia
primo facit quod dictum eſt. Secundo ponit ea: quę redu
cunt̄ ad talia eloquia ibi. (Illud autem Gorgię). ¶ Dicit
ergo. ꝙ Alchidamas faciebat metaphores nimis obſcu
ras: quia philoſophiam appellabat ſuperſtructuraʒ leguʒ:
quia ſtructura ⁊ adiectio philoſophica excedebat adino
nes legum: ideo erat ſuper leges: ⁊ odiſſyeiam. i. illum ho
minem honeſtum: vna alia littera habet Vlyſſem honū
appellabat ſpeculum humanę vitę. In talibus eniʒ dictis
non profertur ſm poeſim aliquod iudicium. i. aliquod ri
diculoſum. Prędictus eni modus eſt nimis clauſus ⁊ phi
loſophicus. Qui eniʒ bene ſunt ſcientes laborant ad intel
ligendum: quomodo honeſtū ē ſpeculum humanę vitę: ⁊
eſt regula humanorum actuum. Addit autem: ꝙ omnia
hęc ſunt imperſuaſiua propter ea: quę dicta ſunt: vt quia
ſunt nimis aperta: vel nimis clauſa: ⁊ ideo ſunt metapho
rica. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Illud autem Gorgie ad hyrundinem: quo
niam aduerſus volans dimiſit ſuperfluū. O p
tima tragicoꝝ. Dixit. n. tibi turpe o Philome
na: alij quidem enim ſi fecit non turpe: virgini
auteʒ turpe. Bene igitur male dixit dicens: qđ
dixit erat: ſed non qđ erat.

¶ Ponit quędam dicta: quę propter ſui obſcuritatem re
ducunt̄ ad ꝓdictū modū dicēdi. Et ſunt duo: quoꝝ ꝑmuʒ
eſt: ꝙ Gorgias dicit ad hyrūdinē: ꝙ volans aduerſus ipʒ
dimiſit ſupfluū. i. dimiſit ſtercora cadere ſup eū. Stercus

enim eſt de ſuperfluo nutrimenti. hoc aũt eſt obſcurũ: qꝛ nõ quilibet p ſupfluũ itelligeret fecẽ ſm dcm̃: ſꝫ ꝙ dixit optima tragicoꝝ. i. illa perſona: quę ſciebat optime cõponere tragędias. Nr̃a lr̃a hꝫ turgioꝝ: ſꝫ littera falſa: vt pꝫ per aliam tranſlationem. Dixit aũt o Philomena. i. o tu q ſic vocaris: ſiquis feciſſet quę tu feciſti: nõ fuiſſet ei turpe tibi ꝙ diceris virgo: eſt turpe qd̃ feciſti dicẽs bene. i. recte. Male dixit ei q̃ẜtum ad id: qd̃ ẽ: qꝛ forte fuerat prius mala: quę nunc eſt bona. in talibus. n. locutionibus poteſt eſſe obſcuritas ppter variationẽ tpis: qꝛ aliquo. n. tpe aliqua ſunt clara: q̃ poſt tpa: variatis negocijs: fiunt obſcura.

Eſt autem ⁊ aſſimilatio metaphora. differt. n. modicum. Cum eni dicat̃. Achilles vt leo fremuit: aſſimilatio eſt. Cuꝫ aũt leo fremuit metaphora. Propter ãbos. n. eẽ veriſimiles appellauit trãſferens in leonem Achillem.

¶ In parte iſta determinat de aſſimilatione. Et tria facit: qꝛ primo dat dr̃iam inter aſſimilationem ⁊ metaphoraꝫ. Scdo oſtẽdit ad quid eſt vtilis aſſimilatio. Tertio adducit multa exempla de aſſimilatiõe. Secunda ibi. (Utilis autẽ.) Tertia ibi. (Sunt ãt aſſimilationes.) ¶ Notãdũ aũt: ꝙ metaphora large accepta includit aſſimilationem aliquo tñ mõ ſumpta metaphora differt ab aſſimilatiõe: ideo ait: ꝙ aſſimilatio eſt quędam metaphora. differt tñ modicum ab aſſimilatione. ideo ait: ꝙ aſſimilatio eſt quędam metaphora. differt tñ modicum vna ab alia: qꝛ in aſſimilatione ponitur vt ⁊ quaſi: ſiquis dicat. Achilles fremuit vt leo: vel fremuit quaſi leo: eſt ibi aſſimilatio: ſꝫ cũ dico. Leo fremuit: ⁊ per leonem intelligo Achillẽ: eſt ibi metaphora. propter hoc. n. ꝙ ambo. i. leo ⁊ Achilles ſunt ſiles. iõ trãſferimus Achillẽ in leonẽ. ¶ Deinde cuꝫ dicit.

¶ Utilis autem aſſimilatio ⁊ in oratione. raro autem. Poeticum. n. ferende quemadmodũ metaphore. Metaphore. n. ſunt dr̃entes eodẽ

¶ Determinat de vtilitate illius aſſimilationis dicẽs: ꝙ aſſimilatio eſt vtilis in oratione rhetorica: non tñ eſt freq̃ntanda: ſed rara: ⁊ cũ expedit eſt vſitanda. Frequẽtare eniꝫ aſſimilationes non eſt quid rhetoricum: ſed poeticum. hę enim aſſimilationes ſunt ferendę. i. tolerandę: ſicut ⁊ metaphorę. Differũt tñ hęc ab illis: ſicut dcm̃ ẽ. Illud. n. dicitur tolerari: quia permittitur: ⁊ cauſa neceſſitatis ſuſtinetur. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sũt autem aſſimilationes: vtputa ad ydreia qa ſimilat̃ his: q ſũt i vinculis catulis. Illi eni icidẽtes mordẽt: ⁊ qꝛ idreia ſoluũt ex vinculis ipm ↄtingit eẽ ſeuũ. Et q̃ũo Theodonias aſſimilabat Alchidimũ Euxeno geometrizare neſcienti. Ex proportionali erat Euſenus ⁊ Alchidimus geometricus.

¶ Ponit multa exempla. Et duo facit: quia p̃mo ponit dicta exempla. Secundo docet ex aſſimilationibus facere metaphoram: ⁊ econuerſo. Secunda ibi. (Omnes auteꝫ has.) ¶ Prima aſſimilatio eſt: qꝛ quidam poeta ydreia aſſimilauit catulis: qꝛ canes mordent eos: qui incidũt cordas: cum quibus ligantur: ſic ydreia ſolutum eẽ ex vinculis contingit eſſe ſęuum. i. crudelem contra eos: qui ſoluũt ipſum. Eſt. n. ydreia in hoc loco caſus accuſatiui: qꝛ nomina gręca faciunt accuſatiuum in am: vel in a: vt ydreiam vel ydreia. Conſequenter tñ dicit. (Et q̃ũo Theodomas)

¶ Declarat ſecunduȝ vȝ: ꝙ hñs malum negociũ vult reddere auditores non attentos. ideo ait. ꝙ qui habẽt malũ negocium: vel ſaltim videntur habere malũ negocium tanq̃ȝ vellent: ꝙ auditores attẽderent immorari vbiq3: ⁊ in alio loco eſt eius melius q̃ȝ morari in negocio proprio: ideo nunq̃ȝ tales dicunt: nec reſpondent ſm ꝙ interrogãtur ſm proemium: aut que ſunt circa adiacentia ⁊ extranea. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Unde autem beniuolos oportet facere dictũ eſt: etiam aliorũ vnumquodq̃ȝ taliũ: qm̃ aũt bene dicitur. da mihi in amicuȝ venire. hoc autem miſerabile: hec duo opȝ coniectare.

¶ Oſtendit quomodo auditor reddendus eſt beniuolus: dictum eſt ſupra circa principium ſecundi huius: vbi oſtẽſum eſt: quomodo debemus paſſionare auditores: ⁊ non ſolum ibi dictum eſt de amore ⁊ beniuolentia: ſed etiam de vnaquaq̃ȝ aliarum paſſionum. Addit aũt ꝙ bene dictum eſt: ⁊ bonum ẽ venire in amicum. i. eſſe auditoribus amicum ⁊ beniuolum. Hoc autem. ſ. contrarium: vt eſſe maliuolum eſt miſerabile. Hec tamen duo. ſ. beniuolentiam ⁊ maliuolentiam debemus coniectare: quia ſic debemus ordinare ſermonem: vt auditores ſint nobis beniuoli: aduerſarijs aũt maliuoli. ¶ Deinde cuȝ dicit.

¶ In exclamatiuis autem putari opȝ facere ſimul laudari auditorem: aut ipſum: aut genus aut inuentioneȝ huius: aut aliter qualiter. Quod enim dicit Socrates in epitaphio. Uerũ q̃ȝ nõ difficile Athenienſes inter Carthaginẽſes laudare: ſed inter Lacedemonienſes.

¶ Oſtendit quomodo vtendum eſt proemio in exclamatiuis. Nam cum volumus aliquem vituperare: debemus aliquam ſuperficialem laudem immiſcere in vituperio: vt magis credatur nobis quod dicimus. i. ad hoc debemus proemiçare in exclamatiuis: vt putetur laudari auditorem: aut ipſuȝ: aut ſuum genus: aut ſuam inuentionẽ. i. ſuum ingenium: ⁊ ſuam ſcientiam: ⁊ poſtea ipſis laudibus putatiuis immiſcere vituperia. ſicut fecit Socrates in ſuo epitaphio. i. in ſua poeſi dicens: ꝙ non eſt difficile laudare Athenienſes inter Carthaginenſes: ſed inter Lacedemonienſes: in hoc autẽ laudando ipſos: vituperauit eos. Dȝ aũt quiſq3 ſic ſcire proemiçare: vt ſciat laudando vituperare: ⁊ vituperãdo laudare. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Que autem concionatiue ex his: que iudicia

lis orationis

lis orationis ſunt: natura autem minime hēt. etenim de quo ſciunt. Et nihil indiget negociū procmio: niſi propter ipſum aut ꝯtradicentē: aut ſi non quantum voluerit eſtimant: ſed aut maius: aut minus: propter quod aut criminari: aut abſolui neceſſe: ⁊ aut augere: aut minuere. Hoꝝ autem gratia procmio opus eſt: aut ornatus gratia: tāꝗ̄ eloqa videātur turpia: nō ſi nō habeāt. Talis.n. Gorgie cōmendatio de Dele ciuitate. Nihil.n. predisponens: neqꝫ ꝑexcitans ſtatim incipit. Delis ciuitas felix.

℄ Oſtendit q̄ꝛ̄o concionatiua indiget ꝓemio dicens: ꝙ in concionatiua debemus vti ꝓemio: non ꝓpter ſe: ſed ꝓp auditorem: ſic in iudiciali. Nāliter.n. ſm̄ ſe cōcionatiua minime hꝫ ꝓemium. nam ꝓemiuꝫ iō eſt: vt habeaꝛ̄ cognitio negocij dicendi. Oēs aūt qui ꝯſulunt: ſciunt de quo eſt negociū. ğ negocium ꝑ ſe non indiget ꝓemio: ⁊ ſi indiget: hoc nō eſt niſi ꝓpter ipm̄ auditorem: vel ꝓpter ꝯdicentē. Aut ſi aſtantes non eſtimant tm̄ negocium: q̄ntum ipſe voluerit. Ergo vtendū eſt ꝓemio ꝑ criminari ⁊ abſolui q̄ntuꝫ ad ꝯdicentem: ⁊ ꝓpter augere. ⁊ minuere ꝓpter aſtantes: vt faciat eis tantū apparere negocium: quantū vult. Horum igiꝛ̄ gratia indiget ꝓemio: vel ēt indiget eo grā ornatus tāꝗ̄ eloquia videanꝛ̄ turpia: nō ſi non habeant ornatū. ſed ſi nihil hoꝝ fuerit eloquiuꝫ: non indiget ꝓemio. Addit autē gratia exempli: ꝙ talis fuit cōmēdatio Gorgię: quaꝫ fecit de Dele. i. de illa ciuitate: quia nihil ꝑdiſponens: nec ꝑexercitans: ſed abſqꝫ proęmio incepit cōmendationem illam dicens. Delis ciuitas felix.

De criminatione autem vnum quidē: ex quibus vtiqꝫ quis exiſtimationē deprauauerit: ſoluat. Nihil enim differt ſiue ſub exiſtente aliquo: ſiue non. Quare hoc vlē.

℄ Quia inter cętera negocia politica iudiciale magis indiget ꝓemio. Et qꝛ iudiciale nō ꝓprie indiget ꝓemio rōne accuſantis: ſed rōne defendentis: iō ꝓpter ipſum defendentē: qui maxime indiget ꝓemio: ⁊ ad queꝫ ſpectat in principio criminationē ſoluere: facit hic q̄ꝺdaꝫ ſpāle capl̄m de ſolutione criminationis. Et diuidiꝛ̄ ꝑs iſta in duas partes: qꝛ ad ſolutionē criminatiōis primo dat q̄ſdam ꝯſiderationes generales. Scđo ponit conſideratiōes magis ſpāles. Scđa ibi. (Alius modus: ꝙ eſt peccatum.)

℄ Notandū aūt. ꝙ iſtud capl̄m: q̄ꝺ eſt de ſolutiōe criminationis: ſpāliter pertinet ad ꝓemiuꝫ: ſicut recolligere criminationes factas ſpāliter ꝑtinet ad epilogū. Ponendo aūt cōſiderationes generales de ſolutione criminationis duo facit: qꝛ primo ſumit documēta generalia ad deſtruēdum oēs argumētationes: ⁊ oēs criminationes impoſitas .ſ. ſolutionē ⁊ inſtantiaꝫ. Primo ğ ponit documenta q̄ꝛ̄o talia debemus deſtruere ſoluēdo. Scđo inſtādo ibi. (Alius modus vt ad obiecta.) ℄ Dicit ğ ꝙ vnum documētū de criminatione impoſita ſoluenda eſt: ꝙ ſoluat illud: ex q̄bus aduerſarius deprauat eſtimationē: qꝛ facit nos eſtimari ⁊ reputari reos. Et addit ꝙ nihil differt: vtꝝ hoc fiat ſub exiſtēte aliquo: ſiue non ſub exiſtēte: qꝛ ſi nos poſſumus ſoluere rōnem aduerſarij oſtendēdo: ꝙ ibi eſt peccatuꝫ in forma: nihil refert: vtrū illa dicta ſubexiſtant. i. vtrū in eis ſit peccatuꝫ in mā: vel non ſit ibi tale peccatū. Quare iſte locus eſt vniuerſalis ad cōmunem rationem peccantē in forma. ℄ Deinde cum dicit.

℄ Alius mod⁹ vt ad obiecta obuiare: aut ꝙ nō ſunt: aut ꝙ non nociuum: aut non huic: aut ꝙ non tantum: aut non iniuſtum: aut nō magnū: aut non turpe: aut non habens magnitudinē: de talibus enim altercatio.

℄ Dat alium modum generalem: qui ſit per inſtantiaꝫ: q̄ magis reſpicit peccatum in materia. Et duo facit: quia primo facit quod dictum eſt. Secundo quod dixerat manifeſtat per dictum Jpſicratis. Secunda ibi. (Sicut Jpſicrates.) ℄ Dicit ergo: ꝙ alius modus deſtruēdi criminationes appoſitas eſt: vt obuiemus ⁊ inſtemus ad obiecta: oſtendendo: ꝙ vel peccant ſimpliciter in materia: qꝛ non ſunt vera quę ait: vel ſi nō ſimplr̄ ſunt falſa: ſunt tm̄ aliquo modo falſa: qꝛ nō ſūt nociua: vt aduerſarius dicebat. Aut nō nocuerunt huic: vt dicebat aduerſarius: aut non tantum: aut non multum: aut non magnum iniuſtum: aut non turpe: aut non habens magnam turpitudinem. Nam de talibus eſt altercatio: qꝛ talia imponuntur accuſato. Cuicūqꝫ ergo talium obiectionum accuſatus poterit obuiare oſtendendo non eſſe ſic: vt accuſatus ait: probabit accuſationeꝫ illam peccare in materia. ℄ Deinde cum dicit.

℄ Sicut Jpſicrates ad Nauſicratem: ait enīꝫ feciſſe q̄ꝺ dicebat: ⁊ nocuiſſe: ſed non iniuſtuꝫ feciſſe: aut contra variare iniuſta facientē ſi nociuum: ſed honeſtum: ſi contriſtans: ſed proficuum: aut aliquid aliud tale.

℄ Manifeſtat quod dixerat per dictum Jpſicratis dicens ꝙ iſto modo defendit ſe Jpſicrates contra Nauſicratem ait enim ſe feciſſe quod dicebat: ⁊ nocuiſſe: ſed non feciſſe iniuſtum: vt ipſe imponebat ei. Aut debemus ꝯtra narrare. Jniuſtum enim multis modis fit. Nam nocumentuꝫ: inhoneſtas. cōtriſtatio: damnum: ⁊ cętera talia ad iniuſtitiam pertinent. Debemus ergo cōtra variare concedēdo vnum: ⁊ negando iniuſtuꝫ: qꝛ ſi nocuimus: fecimus tm̄ honeſtū: ſi contriſtauimus: fecimus ꝓficuuꝫ: aut aliq̄d aliud tale: vt qꝛ forte ꝯtriſtauimus vt corrigereꝛ̄: vl̄ vt efficereꝛ̄ bonus: vel aliq̄d aliud hmōi. Jn oībus.n. his ſoluiꝛ̄ criminatio impoſita: oſtendendo eam peccare in materia: quia aduerſarius: vel ſimpliciter: vel ſaltem aliquo modo aſſumit falſa. ℄ Deinde cum dicit.

℄ Alius modus ꝙ eſt peccatū: aut infortuniū: aut neceſſariuꝫ: vtputa: Sophocles ait tremere: non vt criminatus: aut videatur ſenex: ſed ex neceſſitate. Non.n. voluntarium aliquid eē circa annorum octuaginta.

℄ Ponit documenta magis ſpecialia. Et duo facit: quia ꝑmo ponit huiuſmodi documenta ſpecialiter deſeruientia ipſi criminato. Secundo addit alia documenta: quę nō ſolum deſeruiunt criminato: ſed etiam criminanti. Secunda ibi. (Alius ex criminatione.) Jn criminatione autem tria ſunt conſideranda. vꝫ. ratio criminationis: ipſum criminans: ⁊ iudiciuꝫ de criminatione. Primo ergo nos docet ſoluere criminationem quantum ad rationes ⁊ cauſas criminandi. Secundo quantum ad ipſum criminantem. Tertio quantum ad iudicium de criminatione factum. Secūda ibi. (Alius ſi in tali.) Tertia ibi. (Alius ſi ſerh.) ℄ Circa p͂ᵐ duo facit: qꝛ primo docet ſoluere criminationē q̄ntum ad cām efficientē. Secundo quantum ad finalē ibi. (Et variare q̄dē.) ℄ Dicit ğ: ꝙ alius modus ſoluēdi criminationē eſt oſtendendo peccatum ſibi impoſituꝫ non fuiſſe voluntarium: ſed accidiſſe ex infortunio: aut

ex neceſſitate:ſicut Sophodes ait ſe tremere:nõ vt crimi
nans:nec ꝓpter peccatuꝫ qḋ fecerit:ſed qꝛ videbať ſenex:
ideo faciebat hoc ex neceſſitate nõ volũtarie. Nullus eſt
volũtate ſenex:vel octuaginta annoꝝ: ſed quadã neceſſi
tate nãli talia contingunt. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et variare ꝙ vnius gratia:qꝛ non nocere vo
lebat:ſed hoc ꝛ hoc:quod culpatur feciſſe acci
dit:aut nocuiſſe iuſtũ:aut odire:ſed quatenus
hoc fieret:feciſſet.

¶ Ponit aliã ꝯſiderationeꝫ ex pte finis dicẽs:ꝙ debemus
ſoluere criminationẽ variando finẽ:cuius gratia alia fiũt
oſtẽdendo:ꝙ non volebamus nocere:nec intendebamus
nocumentũ:iõ hoc ꝛ hoc:qḋ culpať aduerſarius incuſat᷒
feciſſe:oꝫ dicere:ꝙ accidit ꝓpter illa nocuiſſe:qꝛ fuit nocu
mẽtũ ꝑter intẽtionẽ. Jõ opꝫ dicere incuſatus:ꝙ iuſtũ eẽt
ꝙ accuſans eũ odiret:ſi feciſſet illud: vt hoc fieret: vt no
ceret. ¶ Deinde cuꝫ dicit.

¶ Alius in tali deprehenſus eſt criminans: aut
nunc:aut prius:aut ipſe:aut propinquoruꝫ ali
quis. Alius ſi alij in hoc deprehẽdũtur: quos
confitetur non reos eſſe criminationi : puta:
quia ſi purus adulter: ꝛ aliqs ego. Alius ſi ali
os criminatur:aut alius ipſum : aut ſine crimi
natione credebantur:ſicut ipſe nunc:qui appa
rebãt non rei. Alius econtra criminari crimi
nantem. Jnconueniens enim ſi ipſe nõ credẽ
dus. hmõi ſermones ſunt incredendi.

¶ Ponit ꝯſiderationes ſumptas ex parte ipſius criminan
tis. Et q̃tuor facit ſm ꝙ tales criminationes ponit. Scḋa
ibi.(Alius ſi alij.) Tertia ibi.(Alius ſi alios.) Quarta
ibi.(Alius econtra.) ¶ Prima conſideratio talis. Qꝛ ali
us modus ſoluendi criminationẽ eſt:ſi criminans deꝑhẽ
ſus fuerit in tali crimine:aut nũc:aut prius: ipſe aut aliqs
ꝓpinquoꝝ:qꝛ ſi hoc põt oſtẽdere:ꝯtingit nõ eſſe iniuſtuꝫ:
qꝛ ſi iniuſtũ eſſet criminans: hoc nõ feciſſet:nec argueret
alios:de quo ipſe eſt irretitus. ¶ Scḋa cõſideratio talis.
Qꝛ alius modus ſoluendi talia eſt:ſi in illo crimine:d quo
culpať: deprehenſi ſunt:quos nõ ꝯfiteť eẽ reos ſm crimina
tionẽ: vtputa:ſi de adulterio eſt incuſatus:cõfiteť aliquem
adulteꝝ eẽ bonũ ꝛ puꝝ: oꝫ dicere incuſatus.g̃ ꝛ ego ſũ bo
nus ꝛ purus. ¶ Tertia talis. Qꝛ alius modus eſt talia ſol
uendi:ſi criminãs criminať alios:ꝛ alius criminať ipm ꝛ
maxime ſi criminatur eos:q credebanť ſine criminatiõe.
Propter qḋ oꝫ dicere incuſatus: ꝙ ſicut ipſe criminãs cri
minabať tũc eos:q apparebant.ꝛ erant nõ rei:ita nunc cri
minať me:q nõ appareo:neqꝫ ſum reus. ¶ Quarta talis.
Qꝛ alius modus eſt econtra criminari criminantem. alle
uiatur.n.culpa accuſati ex crimine incuſantis. Oꝫ ergo di
cere incuſatus:incõuenieñs eſſe:ſupple nõ eſt credenduꝫ:ꝛ
cũ ſermões incuſantis ſint incredẽdi. Et ſi põt obtinere:
ꝙ credať incuſatus criminoſus:nõ credeť ſermonibus in
cuſantis:nec adhibeť fides dictis eius. ¶ Deinde cũ.d.

¶ Alius ſi factum eſt iudicium : ſicut Eurypi
des ad conualeſcentem Anthidoſci accuſantẽ
qũo ipius qui fecit precipiẽs deierare : lingua
deierauit:mens autem impotẽs iurare. Ait.n.
ipſum iniuſtum facere contra iudicia ex Dio
niſiaco agone ad pretoria ducentem. Jbi enim
ipſum dediſſe rationem:aut daturum.

¶ Docet ſoluere criminationẽ ex iudicio facto: qꝛ ſi alicui
in aliqua cã iudicatũ eſt ꝓ nobis:ꝛ aliquis vellet nos de il
lo crimine criminari:debemus dicere ipſum eſſe iniuſtũ:
qꝛ facit ꝯtra iudiciũ iudicatũ. Jõ ait:ꝙ alius locus eſt ad
ſoluendũ criminationes:ſi factũ eſt iudiciũ ꝓ nobis: ſicut
Eurypides dixit ad ꝯualeſcẽtẽ Anthidoſci accuſantẽ.i.ad
illũ hoieꝫ:q incuſauit eũ:ꝙ eſſet impius:qꝛ ꝑceperat deie
rare ꝛ aſſerens:ꝛ ꝙ ẽt ipſe lingua deierauit. Jurauit.n. vt
dicebat:ꝙ mẽs iurare nõ poterat:eo ꝙ eſſet falſum. Eury
pides aũt rñdit ipꝫ ꝯualeſcentẽ eſſe iniuſtũ:qꝛ faciebat ꝯ
iudicia iudicata:ideo ducebat ipm ad ꝑtoria ex Dionyſia
co agone.i.ad iudicia iudicata ſub agone Dionyſij. Qñ.n.
ſub aliquo iudice iudicatum eſt ꝓ nobis:debemus dicere
aduerſario:ꝙ ſub tali iudice:vt ſub Dionyſio:vel ſub ali
quo alio dedimus rõnem ipſius negocij:ꝛ parati eſſemus
dare ſub eodem:ſiqs nos incuſare vellet. ¶ Deinde.c.d.

¶ Si voluerit accuſare quantum ꝛ hec:qꝛ alia
iudicia facit: ꝛ qꝛ non credit negocio.

¶ Ponit quaſdã ꝯſiderationes deſeruiẽtes nõ ſolũ incuſa
to:ſed ẽt incuſanti. Et duo facit ſm ꝙ tales cõſideratiões
ponit. Scḋa ibi.(Alius criminanti.) ¶ Circa primũ duo
facit:qꝛ primo ponit conſiderationem ipſam. Scḋo oſten
dit talem conſiderationem eſſe cõem criminanti ꝛ crimi
nato ibi.(Cõis autem ambobus). ¶ Eſt aũt ꝯſideratio
talis:ꝙ nos debemus accuſare criminantem de ipſa cri
minatione:ꝛ hoc qñ alia iudicia facit pro aliqo q̃ꝫ pro no
bis. Debemus.n. dicere: ꝙ non credit negocio ꝙ iudicet
.i. non credit vt iudicat : quia ſi ſic crederet pro omnibus
idem iudicaret. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Cõmunis autem ambobus locus id : quod
eſt ſymbola oratiõe: velut in theatro Vlyſſes
qꝛ domeſticus Priamo thelamõ: ꝛ ꝙ non cõ
tradixit inſidiatoribus.

¶ Oſtendit hunc locum eſſe cõmunem. Nam cuꝫ aliquis
aliter iudicat pro vno:aliter pro alio:poſſumus de hoc ip
ſum accuſare ꝛ criminare:ꝛ tunc iſte locus deſeruit crimi
nanti. Et poſſumus etiaꝫ ex hoc nos defendere: ſi ille nos
criminaret: ꝛ tunc deſeruit criminato. Jdeo ait:ꝙ iſte lo
cus:ꝙ homo debet ſymbola dicere.i.ꝙ homo debet con
uenientia iudicare.ꝛ ſemper in ſimili caſu oꝫ dare ſimile
iudicium.eſt conſequens ambobus criminanti.ſ. ꝛ crimi
nato. vt domeſticus Vlyſſes in theatro dixit Priamo:ꝙ
Thelamon.i. ille homo non contradicit inſidiatoribus:
ſi ergo in alio loco volebat contradicere: ſupple ꝓpter di
uerſitatem iudicij erat criminãdus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Alius criminanti parum laudantem vitupe
rare fortiter magnum: aut multa bona cum ꝓ
poſuerunt: ꝙ negocium facit vnũ vituperare.
Tales aũt artificioſiſſimi ꝛ iniuſtiſſimi : bonis
.n. neceſſe tentant admiſcentes ipſa malo.

¶ Ponit aliam conſiderationem. Et duo facit:qꝛ ꝑmo po
nit quod dictum eſt. Secundo oſtendit illam cõſideratio
nem etiam eẽ cõmunem ibi.(Cõe aũt criminãti.) ¶ Di
cit g̃ primo:ꝙ alius locus eſt ad criminationem faciẽdã.
ꝛ deſeruit ipſi criminanti:ꝙ oꝫ laudare paꝝ:ꝛ vituperare
fortiter:ꝛ multum oꝫ ꝓponere multa bona:ꝛ in eo qḋ non
facit ad factum:ꝛ in eo quod eſt ad ꝓpoſitum:debet ipſuꝫ
vituperare. Et addit:ꝙ tales loci ſunt artificioſiſſimi ꝛ in
iuſtiſſimi. multũ.n. valẽt: vt oñdať aduerſarius eſſe iniu
ſtus. Nã ꝓpter locos pmiſſos magis creditur noxa ipo
ſita:iõ ait:ꝙ ꝑ hõ locos multi conanť nocere ipſis bonis
viris miſcẽtes bona malo:ꝛ laudes vitupio. ¶ Deiñ.c.d.

¶ Cõmune

¶ Commune autem criminanti: ⁊ ei qui abſolvitur: quoniam idem contingit ꝓpter plura actū eē criminanti quidē malignandū indeterius: accipienti: ei aūt qui abſolvitur in melius. vt puta: ꝙ Diomedes Vlixē ꝓelegit. Huic quidē: quia optimum exiſtimavit Vlixem: huic aūt quia non: ſed quia ſolus: non cōtra agonizator tanꝙ pravū. Et de criminatione quidē dicta ſūt tāta.

¶ Oſtendit: ꝙ iſte locus non ſolū deſervit criminanti: vt viſum eſt: ſed etiam deſervit ipſi criminato: qui debꝫ abſolvi a criminatiōe. Nā cū idē negociū poſſit multis modis accipi: quoniam laus eſt annexa vituperio: pōt homo ponderare: ⁊ magnificare laudē: ⁊ vituperiū palliare. Propter qđ debꝫ cōverti iſte locus: ⁊ erit in melius ei: qui abſolvitur: ⁊ in deterius ei: qui accipit malignationē ⁊ criminationē: ſicut Diomedes increpādo loquebatur dicens. Preeligis Vlixē: quaſi dicat: non eſt eligendus: quia licꝫ hinc. i. ex vna parte non eſt optimus: quia ipſe ſolus. ideſt ipſe plus aliis: non eſt cōtra agonizator. i. nō cōtra bellator tanꝙ pravū ſic nō eſſe bellatorē: ⁊ ſic iſte locus eſt in malū: quia ibi plus ponderat vituperiū ꝙ laus. Si aūt fieret econverſo: fieret in bonū. ergo iſte locus conſequens eſt: vt patet. Vltimo epilogat: ꝙ de criminatione dicta ſunt tanta.

Narratio autē in exclamativis eſt non continuatim: ſed ſm partes. Oportet enim actiones pertranſire: ex quibus oratio.

¶ Expedita vna parte perorationis. vꝫ. proemio. hic phs determinat de narratione. Et tria facit: quia primo determinat de ea vt comparatur ad negocium exclamativum. Secundo vt comparatur ad iudiciale. Tertio vt refertur ad deliberativum. Secunda ibi. (Nunc autem riſibiliter.) Tertia ibi. (In concione autem.) Circa primū duo facit ſm ꝙ dat duo documenta ad ꝓpoſitū. Scđa ibi. (Oportet aūt notos.) Circa primū duo facit: quia primo ponit documentū ipm. Secundo quod dixerat probat. ibi. (Componitur enī breve.) Eſt autem documentū tale: ꝙ narratio in exclamativis non debet proferri continuatim: ſed ſm partes. Nā opꝫ pertranſire. i. particulatim tranſire: ⁊ diſtincte enumerare actiones ⁊ opera: ex quibus eſt oratio laudativa. Eſt ergo intentio huius documenti: ꝙ diſtincte ſunt ꝓferende actiones: ita ꝙ ex qualibꝫ actione bona ſurgamus in laudem ſibi correſpondentē: ⁊ tunc quelibꝫ laus habebit ſuā cauſam annexam. immo etiam ipſarum actionū eſt cauſa reddenda. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Componitur enim brevis oratio: hoc quid inartificiale. Nihil enim eſt cauſa actionum q ſolvit: hoc autem ex arte. Hoc autem eſt oſtendere: aut quia eſt ſi ſit incredibile: aut quia quale aut quia quantum: aut etiam omnia.

¶ Ponit qđ dixerat: ⁊ duo facit ſm ꝙ dupliciter hoc probat. Scđa ibi. (Propter hoc autem aliquādo.) Dicit ergo: ꝙ breviter loquendo: ſi oratio laudativa componitur. i. connectitur: ⁊ continuatur eſt quid inartificiale: quia narratio continuata non aſſignat cauſam dicti. Ideo cum huiuſmodi oratio vel narratio ſolvitur: ⁊ diſtinguitur: nō invenitur ibi aliqua cauſa actionū narratarum: ideo eſt inartificiale. Sꝫ tūc eſt artificiale: quādo ipſa narratio interrumpitur: ⁊ ſm partes orationis aſſignantur ſue cauſe: ⁊ oſtenditur: aut quia eſt vt dicitur: ſi illud videatur incredibile: aut quia eſt quale vt bonum: aut quantū vt magnum: aut etiam oīa ſunt oſtendēda: ſi de omnibus dubitatur. ¶ Deinde. c. d.

¶ Propter hoc autē aliquando non cōtinue oportꝫ narrare omnia: quia difficulter memorabile oſtendere ſic ex his quidē igitur ꝙ ſit fortis ex his aūt ꝙ ſapiens: aut iuſtus: vt ſimplicior oratio eſt illa: aut varia: ⁊ non evidens.

¶ Aſſignat ſecūdam cauſam dicens: ꝙ aliquando propter hoc. ideſt ꝓpter aliam cauſam nō oportet narrare omnia cōtinue. quia tale difficulter memorabitur. Debemus ergo ſi volumus aliquē laudare: dividere narrationē: narrādo primo quedam. ex quibus oſtēdatur ꝙ ſit fortis. ⁊ poſtea narrare alia. ⁊ ex illis oſtendere ꝙ eſt ſapiens: aut iuſtus. ſic enim faciēdo erit oratio ſimplicior. ideſt planior. Nam ſi primo narrantur omnia. ⁊ poſtea ſubdūtur laudes: eſſet locutio varia. ⁊ non evidens. ſed intricata. quia neſciremus ex quibus operibus narratis: que laus conſurgeret. ſed ſub cōfuſiōe laudes referuntur ad opa. ¶ Dei. ⁊c.

¶ Oportet autem notos quidem rememorari ꝓpter quod multi nihil idigent narratione: vt puta: ſi vis Achilem laudare. ſciunt enim oēs actiones. ſed opꝫ ipſis vti. Sed ſi Criciā opꝫ non enim multi ſciunt.

¶ Ponit ſm documentū: ⁊ duo facit: quia primo ponit documentum: ſcđo probat quod dixerat. ibi. (Eſt aūt laus.) Dicit ergo ꝙ oportet rememorari actus notos: quia laudes conſurgentes ex talibus actionibus ſunt magis digne fide: ideo addit: ꝙ multi in ſuis laudibus non indigēt narratione: vt puta ſi velles laudare Achilem: quia omnes ſciūt actiōes eius: non oportet eas narrare: ſed debemus ipſis vti tanꝙ notis. Sed ſi Critiam laudare vellemus: oporteret narrare opera eius: quia multi neſciūt ea. ¶ Dei. c. d.

¶ Eſt autem laus ſermo elucidans magnitudinem virtutis. Oportet igitur actiones oſtēdere quōo tales. Cōmendatio autē oportet eſſe.

¶ Probat quod dixerat: in predictis autem documentis ſuppoſitū fuit: ꝙ ex actibus conſurgit laus. ideo hic hoc probat: propter hoc ꝙ iſte probationes ſunt cōmunes ad vtrūqꝫ documentum. Duo autem facit: ſm ꝙ dupliciter probat intentum per diffinitionē laudis: ſcđo probat hoc idem comparādo laudem ad conſilia. ibi. (Habēt autē quādam.) Circa primū duo facit: quia primo per diffinitionem laudis oſtēdit: ꝙ per opera bōa ⁊ virtuoſa probatur laus. Sed aliqualiter perſuadet. ibi. (Que ſūt circa.) Dicit ergo ꝙ laus eſt ſermo elucidans magnitudinem virtutis. Si ergo volumus laudare aliquē debemus oſtēdere actiones eius fuiſſe tales. i. virtuoſas: cōmēdatio ergo ⁊ laus eſt ipſorū operū. i. eſt per ipſa opa. ¶ Deīde cū dic.

¶ Que autem circa perſuaſionem: puta nobilitas: ⁊ eruditio. Veriſimile enim ex bonis bonos: ⁊ ſic nutritū tale eſſe: ꝓpter qđ cōmendamus eos: qui egerunt opera: aut ſigna actiōis ſunt: ⁊ laudabimus vtiqꝫ: ⁊ eum qui non egit ſi crediderimus eſſe talem.

¶ Oſtēdit qđ circūadiacentia ad virtutē ꝑſuadent ipſā laudem: ⁊ duo facit: quia primo facit quod dictum eſt: ſcđo oſtendit talia circumadiacentia continere aliquo modo virtutē ipſam. ibi. (Beneficatio autem.) Continuatur ergo ſic. Actiones virtuoſe arguunt laudē ⁊ commendationem ſm circumadiacentia virtutibus ⁊ actionibus vir

tuoſi: ⁊ ſi nõ directe arguant laudem: perſuadent tamẽ eam: ergo perſuaſionem laudis facit nobilitas ⁊ eruditio. Probabile eniʒ eſt nobiles eẽ bonos: quia veriſimile eſt ex bonis bonos eſſe ortos. Sic etiaʒ veriſimile eſt hominẽ mutatũ .i. eruditum eſſe talem .i. eſt eſſe laudabilem ⁊ comendandũ. Ideo nos comendamus eos: quia egerũt exteriora opera: quia opera exteriora bona ſigna ſunt interioris actionis virtuoſe: ſicut etiam nos laudamus eum qui nõ egit opera exteriora: ſi credimus ipſum eſſe taleʒ ꝙ ellegerit bene operari. Opera ergo exteriora circũadiacent virtuti: perſuadent tamen virtutẽ: ſiue fiant: ſiue nõ fiant. Duʒ tamẽ probabiliter credatur: ꝙ quis proponat ea facere. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Benefactio aũt ⁊ felicitatio his quidem eadem: his aũt non eadem: ſed quẽadmodũ felicitas virtutem: ⁊ felicitatio continet hoc.

¶ Oſidit huius circumadiacẽtia aliquo mõ ꝯtinere virtutem. Ad cuius euidentiam notãduʒ: ꝙ vt alludamus verbis textus: differentia eſt inter virtutem: felicitatem: ⁊ benefactionẽ. Uirtus eniʒ eſt ipſe habitꝰ: felicitas eſt actus virtutis perfecte: benefactio vero eſt opus exterius. Ex ṽtute ergo tendimus in felicitatem: quia ex habitu progreditur actus ṽtutis. Ex felicitate vero progredimur in benefactionẽ: quia ſi adſit facultas: ex actione interiori progreditur opus exterius: quia cum aliquo modo reſeruatur in ſuo effectu: aliquo modo reſeruatur in felicitatẽ: ⁊ felicitas in benefactiõe. Benefactiões ergo ⁊ bona opera exteriora licet ſint circũadiacentia virtuti: quia aliquo modo felicitatem continent. dici poteſt ꝙ aliquo modo ſint cõtentiua virtutis. Ideo ait: ꝙ benefactio: ⁊ pro .i. felicitatio his virtutibus eſt vno modo eadeʒ: alio vero modo ipſis virtutibus non eadem. Nõ enim eſt eadem per eſſentiam. ſed eſt eadem: qꝛ aliquo modo continet eas. Naʒ ſicut felicitas continet virtuteʒ: ſic ⁊ felicitatio .i. benefactio: ⁊ bona operatio continet hoc .ſcʒ felicitatẽ: propter ꝙ ipſa benefactio ſiue felicitatio aliquo modo continet virtutem: quia continet felicitatem contentiuam virtutis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Habent autem quandam cõem ſpẽm laus ⁊ cõſilia. Que eniʒ in conſulendo ſupponueris vtiqʒ hec tranſpoſita locutione cõmendatiões fiunt. Quã igitur habemus que oportet agere ⁊ qualem quendaʒ oportet eſſe hoc tanqȝ ſupponẽtes dicentem locutionẽ tranſponere opʒ ⁊ vertere: vt puta: ꝙ non opʒ magnuʒ ſapere in his: que ꝓꝑ fortunã: ſʒ in his: que ꝓꝑ ſeipʒ.

¶ Probat ꝙ opera arguunt laudem comparando laudeʒ ad conſilia: ⁊ duo facit: quia primo ꝑmittit comparationẽ ipſam: ſecũdo ex hoc concludit intentũ ibi (Quare quã do laudare.) Dicit ergo ꝙ laus ⁊ cõſilia habent quãdam cõmunem ſpeciem: vt oſtẽſum fuit in primo libro: in tractatu de negocio exclamatiuo caplo (Sumẽdum auteʒ ⁊ propinqua.) ibi enim oſtẽſum fuit: ꝙ que in cõſulendo ſupponimus tranſpoſita locutione comendationes fiũt. In conſulendo enim ſupponimus bonum: ⁊ concludimus ꝙ ſic debeamus operari: vt poſſimus id bonum cõſequi. In laude auteʒ ecõtrario: quia ſupponimus: ꝙ aliquis ſit bene operatus: ⁊ ex bonis operibus arguimus eius bonitatem ⁊ laudem. Cuʒ ergo habeamus que opʒ agere: qꝛ opera virtuoſa: ⁊ qualẽ quendam oportet eſſe: quia bonũ hoc quod ſupponimus in conſilijs dicentem ⁊ ſupponentem illud: ſi vult laudare: oportet locutionem tranſponere ⁊ vertere: vt puta: ꝙ non oportet ſapere magnuʒ in his que propter fortunam: ſed in his: que ꝓpter ipſuʒ. Si ergo volumus laudare dicamus: ꝙ in cordibus noſtris debemus cogitare talem fuiſſe magnum ⁊ bonum: quia non fortuitu: ſed per ſeipſuʒ operatus eſt bona opa. Si auteʒ vellemus conſulere: cõuerteremus propoſitũ: ⁊ ſupponeremus aliquid eſſe magnũ ⁊ bonũ: ⁊ cõcluderemus opa per que illud bonum conſequeremur. ¶ Deinde cũ .d.

¶ Quare quãdo laudare volueris: vide qd̃ vtiqʒ ſupponas: ⁊ quãdo ſuppõas vide qd̃ vtiqʒ laudabis. Locutio autem oppoſita erit ex neceſſitate: quãdo hoc quidẽ obſiſtens. hoc aũt non obſiſtens tranſponatur.

¶ Premiſſa comparatione laudis ad cõſilia: concludit intentum dicens: ꝙ quando vis aliquid laudare: vide quid ſupponas: ⁊ quando ſupponas. Et vide etiaʒ qd ẽ laudandum: quia de neceſſitate locutio erit oppoſita ⁊ trãſpoſita in laude ⁊ conſilio. Naʒ in laude opera non obſiſtunt: ſed ſunt nota: bonum autem non eſt notum: ſed cõcludimus per bona opera: ſemper enĩ arguendo principia nobis nõ reſiſtunt: ſed ſunt quaſi locus ianue in domo: vt dicit Cõmentator ſuꝑ ſcõm metaphyſice: concluſiones autem nobis obſiſtunt ⁊ reſiſtunt: quia eas inueſtigãdo querimus. Cum ergo in conſulẽdo hoc .ſcʒ bonũ nobis non obſiſtat: qꝛ ſe habʒ vt ꝑncipiũ: hoc aũt .ſ. opus obſiſtat: qꝛ ſe habet vt concluſio: tranſponatur vero ſermo: ⁊ cõcluſio fiat premiſſa: ⁊ cõcludit ecõuerſo: ⁊ habebiꝭ laudatiua locutio.

Hanc aũt riſibiliter aiunt narrationem oportere eſſe celerem qȝqȝ ſi paſtam facienti: querenti ſi durã aut molleʒ: paſtabit. Oꝛ aũt bene dicat impoſſibile. Et ſic ſimiliter oportet enim non prolixe narrare: ſicut neqʒ ꝑſuaſiones dicere. Neqʒ eniʒ hic eſt in eo ꝙ bene: aut in eo ꝙ cito: aut in eo ꝙ breuiter: ſed in eo ꝙ medio modo. hoc autem eſt in dicẽdo queecũqʒ manifeſtabunt negocium: aut q̃cũqʒ faciunt opinari factũ: aut nocuiſſe. aut iniuſta feciſſe: aut tãta qȝta vult aduerſario: aut ꝯria.

¶ In parte iſta determinat phs de narratione: vt comparatur ad negociũ iudiciale. Et duo facit qꝛ ꝑmo remouet quandã falſam opiõnẽ. Scdo ponit quedã documẽta neceſſaria ad propoſitũ. Scda ibi (Secus narrari auteʒ.) Dicit ergo: ꝙ quidã deriſorie opinanꝭ dicentes oportere narrationem eſſe celerem: quia ſicut faciens paſtam. ſi q̃rit eam durã vel molẽ: paſtabit eã: ſupple nõ. Paſta eniʒ debet eſſe medio modo: aliter enim impoſſibile erit: ꝙ aliquis eã bene ducat: vel impoſſe erit: ꝙ aliquis bene dicat dicens: paſtam eſſe bene ductibilem: ſi ſit dura vel mollis: debet enĩ eſſe medio modo. Sic ſimilr ⁊ narrationẽ non opʒ prolixa narrare. Nam ſicut in dicendo perſuaſiones non fit bene. ſi non fiat cito: nec ſi fiat breuiter: ſed ſi fiat medio modo: ſic ſupra ⁊ narratio medio ſe debʒ habere. Hoc auteʒ .ſ. medio modo ſe debʒ habere: eſt queecũqʒ cõgruunt negotio. igitur queecũqʒ in dicendo manifeſtabũt negocium: aut facient ipſum opinari factum: aut nocuiſſe aut iniuſta feciſſe: aut eſſe tanta quanta vult aduerſario autem eſſe contraria: ⁊ que ipſe non vult: queecunqʒ enim hoc faciunt: media dici debent. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Secus narrari aũt queecũqʒ facient opinari

factum

factum: aut nocuiſſe: aut iniuſta feciſſe: aut tāta quanta vult aduerſario: aut contraria.

¶ Dat quędam documenta neceſſaria ad ꝓpoſitū. Et duo facit: quia primo documēta reſpiciētia negocij diſtinctionem ponit. Secundo reſpicientia negocij cauſaʒ. ibi. (Si autē incredibile.) Circa primū duo facit ſm ꝙ duo documenta ponit. Scđa ibi. (Secus narrari aūt.) Dicit ergo: ꝙ debemus diſtincte negocia narrare: quia ſecus: ⁊ per ſe narrari debent quęcūqʒ facient opinari negocium eſſe factum. Sic etiam ſunt per ſe narranda faciētia opinari aduerſariū nocuiſſe: aut iniuſta feciſſe: aut etiā facientia opinari negocia eſſe tanta quanta ipſe vult: ⁊ qualia vult. ſunt ergo per ſe narranda: quę ſunt per ſe: ⁊ quę ſunt contraria aduerſario. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Secus narrari autem quecūqʒ ad tuam virtutē faciunt. vtputa. ego monebaʒ ſemper iuxta dicens non pueros derelinquere: aut alterius maliciam. Ille autem reſpondebat mihi: ꝙ cuiuſcunqʒ ſint ipſi: ſed tanq̄ʒ ab electione. ego autem volui: ⁊ pręelegeram enim hoc: ſʒ ⁊ putabam melius. Hoc quideʒ enim prudētis: hoc autem boni: prudentis quidē in eo qđ eſt proficuū perſequi: boni aūt in eo qđ hōeſtū.

¶ Ponit aliud documentum ꝙ deberent ſecus per ſe narrari quęcūqʒ faciunt ad virtutē tuā: vtputa in hoc exemplo. Ego ſemꝑ monebā iuſta dicens: nō derelinquere pueros: ⁊ quando tu narraſti omnia facientia ad virtutē tuā. debes narrare: quę faciūt ad maliciā alterius. Aut debes dicere quādo ego monebā nō derelinquēdos eſſe pueros: ridebat mihi ille. ideſt aduerſarius: cuiuſcūqʒ ſint illi pueri. non eſt mihi curare: ab electione enim ago: volui eniʒ ⁊ pręeligebam hoc. ſcʒ derelinquere pueros: q: putabā hoc eſſe melius. ideſt eſſe proficuuʒ: ſʒ illud. ſcʒ nō derelinquere: eſſet honeſtum. Nam inter agibilia hoc quideʒ eſt prudentis: hoc autem boni ⁊ virtuoſi. Prudentis quideʒ eſt proſequi proficuuʒ. boni autē honeſtum. Si ergo poteris oſtendere aduerſarium non elegiſſe honeſtuʒ ſed ꝓficuū oſtendes ipſum eſſe iniuſtū ⁊ prauū. ¶ Deinde cuʒ dicit.

¶ Si aūt incredibile ſit: tunc cām addendā eē: ſicut Sophocles facit exemplū ex Antigona: ꝙ magis de fratre curabat q̄ʒ de viro: aut pueris. Hęc quideʒ eniʒ forſan fierent adhuc perdita. Matre enim apud inferos ⁊ patre cum vitā trāſegerint: nō eſt frater ꝙ exurgat aliqn̄.

¶ Ponit duo documenta ſumpta ex parte cauſę. Et duo facit: quia ꝑmo docet qualiter debeamus nos habere: cū ſcimus reddere cauſam dicti. Secūdo qualiter cum neſcimus. ibi. (Si autem non habes cām.) Dicit ergo: ꝙ ſi negociū eſt incredibile: addendaʒ eē cauſam: ſicut Sophocles ponebat exemplū de Antigona. ideſt de illa muliere a qua cū quęſitū fuiſſet: de quo plus curaret: an de fratre: an de marito ⁊ filijs. Reſpōdit: ꝙ plus curaret de fratre: q̄ʒ de viro: aut de pueris. ideſt de filijs. Et quia hoc videbatur incredibile: q: mulieres intime diligebant filios ⁊ viruʒ. Statī reddit cauſam dicens: ꝙ ſi hęc perdita eēnt: adhuc forſan fierent. i. ſi virum: ⁊ filios perdidiſſem: poſſeʒ aliuʒ virū capere: ⁊ alios filios procreare: Sed matre mea apđ inferos deſcendēte: ⁊ patre de hac vita tranſeunte: non eſt ꝙ aliqn̄ exurgat frater meus. Volebat eniʒ ex hoc arguere: ꝙ quia frater erat bonum irrecuperabile. vir autem: ⁊ filij recuperabile: eligendum eſſe potius perdere virum: ⁊ filios q̄ʒ fratrem. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Si autē non habes cauſaʒ: dicas ꝙ nō ignoras incredibilia: ſed qa talis es: diſcredunt enī ad aliqđ agere voluntariū: niſi conferens.

¶ Docet qualiter nos debeamus habere: ſi dicta noſtra videantur incredibilia: ⁊ tamē neſcimus aſſignare cauſam: per quā credibilia fiāt: ⁊ tria facit ſm ꝙ tripliciter hoc docet. Primo enim hoc docet facere inculpando auditores. Scđo paſſionando eos. Tertio oſtendendo nos boni moris. Scđa ibi. (Adhuc auteʒ ex paſſionis.) Tertia ibi. (Et mox introducit.) Dicit ergo: ꝙ ſi non habes cauſam: per quā probes dicta tua: debes inculpare auditores dicēs: ꝙ non ignoras dicta tua eſſe incredibilia: ſed hoc nō eſt quātum de ſe: cum vera ſint: ſed quia talis es: ꝙ nunq̄ʒ auditores tibi credunt: quia perſuades eis honeſta nō vtilia. ipſi auteʒ diſcredunt: ⁊ nunq̄ʒ volunt agere volūtarie: niſi cōferens. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Adhuc ex paſſionis illatiuis narrās ⁊ ſequētia: ⁊ que ſciunt: ⁊ propria: aut ſibi: aut illi conuenientia. Hic aūt reſidebat me inſpiciens: ⁊ ſicut eſt de Cratili enthima: ꝙ diſcerpens erat manus ⁊ proijciens.

¶ Dat ſcđm documentū ſumptum ex paſſione auditoruʒ Et duo facit: quia primo facit qđ dictū eſt. Scđo dat quādam ydoneitatem ad paſſionanduʒ. ibi. (Perſuaſibilia enim.) Dicit ergo: ꝙ ſi non habemus cauſaʒ: adhuc dicta tua potes facere credibilia ex illatiuis paſſionis narrādo ſequētia auditoribus: dicēdo. Si nō creditis dictis meis hęc ſequuntur vobis: ⁊ huiuſ ſequentia debent eſſe talia: vt quę ipſi ſciant: ⁊ quę ſint auditori ꝓpria: aut illi conuenientia: quia per talia: quę ſunt conuenientia: ⁊ propria auditori: magis paſſionatur auditor. Sicut etiā ipſuʒ potes paſſionare ducendo auditorē ad iram contra aduerſariū oſtendendo eum eſſe inſidiatorē. Debes enim dicere: hic reſidebat ſemper me inſpiciēs. i. ſemꝑ fuit inſidiator. Sic etiā debes oſtendere aduerſariū eſſe maleficuʒ: dicendo de aduerſario: ille eſt ita ſicut de Cratili enthima. i. ſicut de illo viro: qđ eſt diſerpens: ⁊ manus proijciens. ideſt eſt adeo maleficus: ꝙ vbicūqʒ manum ſuam proijcit: totuʒ deſtruit: ⁊ diſerpit. Et quia maleficꝭ ⁊ inſidiatores naturaliter odiunꝰ: ⁊ odiētes de facili credūt mala de his: quos odiunt. ſi poſſumus auditorem paſſionare: vt aduerſariū noſtrum odiat: etiam ſi incredibilia mala loquamur de eo. credetur nobis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Perſuaſibilia enim quia conſona ſiunt hec que ſciunt illis que neſciunt: plurima aūt talia eſt accipe ex Homero: vt ergo ait. Vetula aūt continebat manibus faciē: qui enim lachrymari incipiunt: deprehenduntur in oculis.

¶ Dat quandam ydoneitatem ad paſſionandū dicens: ꝙ quę homines ſciunt magis ſūt ꝯſona ⁊ perſuaſibilia: ⁊ magis congrua q̄ʒ illa quę neſciunt: ideo prouerbia: quia ſunt in cōmuni vſu: ſunt magis perſuaſibilia: talia auteʒ dicta cōmunia plurima eſt accipere ab Homero. Ipſe enim ait. i. dicit aliquando prouerbium: ſiue illud dictum cōmune: ꝙ vetula plorans continebat. i. cooperiebat manibus faciem ſuam: quia qui lachrymari incipiūt: deprehendunꝰ in oculis: ideo ne illa vetula videretur plorans: parabat manus ante faciem ſuam. Ex hoc enim prouerbialiter argui poſſet: ꝙ miſerabiliter ſe habentes libenter ſe abſcon

dant. illud autem prouerbium ideo introducit: vt oſtendat dicta communia ⁊ nota eſſe magis perſuaſibilia. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et mox introduce etiam teipſuz qualem quēdaʒ: vt tanꝙ talē cōſiderent: ⁊ aduerſariū nō. Latēs autē fac: qđ aut facile videre oportet ex denunciantibus. De quibus autē nihil ſcimus tamē accipimus exiſtimationē quādā. Vbiqʒ autem oportet narrare: ⁊ aliqñ nō in principio

¶ Dat tertiū documentuʒ: quō debem⁹ reddere documēta noſtra credibilia ex parte moris: oſtendēdo nos bonos ⁊ morigeratos: quia talib⁹ magis creditur: ideo ait: ꝙ ſtatim debes te introducere qualem quēdam. idest bonuʒ vt auditores conſiderent te tanꝙ taleʒ. idest tanꝙ credēdum: ⁊ aduerſariū debes oſtendere eſſe tanꝙ non credēdaʒ: ⁊ hoc debes facere latēter. Et addit ꝙ facile eſt videre qualiter ex enunciantibus: ⁊ ex eloquijs noſtris poſſumus nos oſtendere bonos: ⁊ morigeratos: quia de ea: quibus nihil ſcimus: per eloquia ſunt nobis credibilia: ⁊ accipimus de eis exiſtimationē opinando eſſe ea vera. Et ſubdit ꝙ talem oſtenſionem debemus facere vbilibet ⁊ vbicūqʒ oportet narrare talia. Nam aliquando talia nō ſunt narranda in principio: aliqñ aūt in principio: ſicut ergo requirit negociuʒ: ſic eſt agendum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ In concione autē minime narratio eſt: quia de futuris nullus narrat: ſed ſi quidē narratio fuerit: factorū erit: vt reminiſcentes illorū melius cōſulant de his: que poſterius: aut criminantes: aut laudantes: ſed tunc non conſulentis facimus opus.

¶ Comparat narrationem negocio deliberatiuo. Et duo facit: quia primo oſtendit narrationeʒ deſeruire tali negocio non per ſe: ſed per accidens. Scđo docet: ſi contingat nos narrare circa tale negocium aliquid incredibile: qualiter debeamus nos habere. ibi. (Si autē ſit.) Dicit ergo ꝙ in cōcione narratio minime habʒ locū: qz tale negociū eſt de futuris: de quibus nullus narrat: ſed ſi narratio fuerit: erit factorū per ſe. ergo narratio non deſeruit conſilio: per accidens tamen ſeruit: quia reminiſcentes illoꝝ. idest factorum melius conſulant de his: que poſterius. idest de futuris. Nā per preterita poſſum⁹ aliquid cōiecturari de futuris: criminantes ea. ſ. preterita: ſi ſunt mala: vel laudātes: ſi ſunt bona: ſed conſiderando preterita per ſe nō facimus conſulentis opus: propter quod narratio directe ⁊ per ſe non deſeruit conſilio. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Si autem ſit incredibile: ſpondere: ⁊ tamen dicere mox: ⁊ vadiatꝰ quibuſlibʒ volūt velut Iocaſta carchim Mordipode ſemꝑ ſpondet ſciſitans querentis filiū: ⁊ Damō ſophocles.

¶ Docet qualiter debeam⁹ nos hr̄e qđ qñ dicimus videatꝰ incredibile dicens: ꝙ ſi ſit incredibile dictum noſtruʒ: debemus ſpondere: ꝙ ſumus pati mox. i. ſtatiʒ dicere cauſaʒ noſtri dicti: ⁊ debemus vadiare. i. vadium ponere: ⁊ fideiubere: ſiue promittere omnibus: qui volunt ꝙ ſumus parati reddere rationem dicti noſtri: velut faciebat Iocaſta carchim. i. illa mulier Mordipode. idest in illa villa. vbi ſemper ſpondebat ſe redditurā rationeʒ cauſe: ⁊ ſiſcitabatꝰ. i. ſcrutabatꝰ filiū querētis: ⁊ Damō ſophocles. i. inueſtigabat hominem: qui querebat: ⁊ qui eſſet ſapiens ad querendū. Sophos enim ſapientia interpretatur: ⁊ hamo dicitur eſſe filius ei⁹: qđ diligit: ⁊ eius in quo abundat: vt dicitur eſſe denariorum filius: qui eos diligit: ⁊ eis abūdat: ſic eſt queſtionis: ⁊ ſophos filius: qui libenter querit: ⁊ bene ſcit: ⁊ ſapit querere. Illa ergo mulier: quia ſemper ſe offerebat ad reddendum cauſam dicti ſui: ſemper inueſtigabat: ſi eſſet qui huius cauſam ſcire vellet.

PErſuaſiones autem oportet demōſtratiuas eē. Demōſtrari aūt oportet: quoniā de quattuor elemētis. De eo qđ obijcitur ferēteʒ demoſtrationeʒ. vtputa. ſi ꝙ nō factū eſt: dubitatur in iudicio: oʒ huius maxime demonſtrationem ferre. Deinde quia non nouit hoc: ⁊ ꝙ tantuʒ: ꝙ iuſte eodem modo ⁊ defectum eſſe. de hoc lis eſt.

¶ In parte iſta determinat phs de illa parte oratiōis rhetorice: que dicitꝰ perſuaſio. Et diuiditur hoc capitulum in partes duas. Nā perſuaſio ad duo poteſt cōſiderari. Primo ad negocia politica: ad que adaptatur. Secundo ad interrogantes ⁊ reſpondentē: inter quos vertitur. Primo ergo determinat de perſuaſione: vt adaptatur ad negocia politica. Secūdo determinat de ea: vt vertitur inter interrogātem ⁊ reſpondentem. Scđa ibi. (De interrogatōe autē.) Poſſumus autem melius diuidere: quia primo determinat de perſuaſionibus. Scđo de quibuſdā ānexis. Scđa ibi. (Enthimematū autē.) Circa primū duo facit: qz primo enumerat ea: de quibus fiunt perſuaſiones. Scđo oſtendit quō talia operātur ad negocia politica. Scđa ibi. (Nō lateat autem.) Dicit ergo: ꝙ opʒ perſuaſiones eſſe demōſtratiuas: qui enim perſuadet aliquid demonſtrat: oportʒ autem demonſtrari. idest oportet eſſe demōſtrationes ex quattuor elementis. idest ex quattuor principijs. idest de quattuor principalibus: vel vt habet alia littera: eſt cōtrouerſia de quattuor maneriebus. Nam prius debemus ferre demonſtrationē: de eo quod obijcitur. idest de ipſo facto: vt puta dubitatur in iudicio. ſi aliqd non eſt factuʒ. imo potiſſime opʒ ad ea: que ſunt eius ferre demōſtrationem. Deinde poſtꝙ oſtenſum ſit: ꝙ ſit factū: reſtat oſtēdere: quia non nouit hoc: vel quia non nouit. idest ꝙ fecit illud ex electione: vel non ex electione. Tertio eſt litigandum: vtrum hoc ſit tantū: vel non ſit tantū. Quarto eodē modo eſt lis: ꝙ hoc eſt defectum. idest eſt non factum iuſte. Pricipalr ergo lis eſt de quattuor. vʒ. de facto: de electione: de tanto: ⁊ de iuſto. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Non latet autem ꝙ neceſſarium in hac litigatione ſola: alterum eſſe malignū. Non eniʒ eſt ignorantia cauſa: ſicut ſi aliquid de iuſto litigaret: quare in hoc vtendū. In alijs autem non.

¶ Comparat talia ad negocia politica. Et duo facit: qz primo oſtendit quomodo negocia politica comparantur ad ea: de quibus eſt perſuaſio. Secundo manifeſtat quomodo politica negocia vtūtur perſuaſionibus. Secūda ibi. (Sunt autem exempla.) Circa primum tria facit: quia primo oſtendit quomodo ea: de quibus eſt perſuaſio: comparantur ad iudicium negociale. Secundo quomodo cōparantur ad exclamatiuū. Tertio quō ad concionale. Secunda ibi. (In exclamatiuis auteʒ.) Dicit ergo primo: ꝙ non lateat nos: ꝙ in hac ſola litigatione: in qua ſcilicʒ litigatur. ſcʒ de iuſto ⁊ de iniuſto: neceſſe eſt alterum eſſe malignum: vel non malignū. ideo ait: ꝙ litigare de ignorātia non eſt ita cauſa malignitatis: ſicut ſi aliqui litigarent de

iuſto

iuſto:vel de iniuſto. Facit ergo ignorātia vel ſcia ad malignitatem:quia qđ ex electione vel non fit aggrauat i vel alleuiat negocia:tamen ignorantia non ita per ſe ⁊ eſſentialiter reſpicit malignitatē:ſicut iuſticia.cum ergo in negocio iudiciali ſit principalis intētio excuſare de malignitate vel oſtendere aduerſarium eſſe malignū:ſolum in h negocio.ſcilicȝ iudiciali vtēdū eſt principalr̃ litigio:vt reſpicit iuſtum:vel non iuſtuȝ. In alijs aūt negocijs:⁊ ſi vtimur iuſto ⁊ iniuſto:nō tñ ita ṗncipalr̃. ¶ Deīde cū dic̄.

¶ In exclamatiuis aūt ꝙ multū:quia boneſta ⁊ proficua augmentatio erit. Acta enim opꝫ credi. Raro enim ⁊ horum demonſtrationes ferunt:ſi icredibilia:ſȝ ſi alius cauſam habeat.

¶ Oſtendit quomodo negocium exclamatiuū comparat̄ ad ea:de quibus eſt lis. Continuetur autē ſic. Litigare de ignorantia:vel non ignorantia:ſiue litigare.vtrum aliquis egerit ex electione:vel non electione in iudicialibus directe non valet:licȝ valeat ex conſequēti:tamē in exclamatiuis electio:vel non electio multū facit.talia enīȝ ſūt honeſta ⁊ laudabilia:nullus enim laudatur in his:quę a fortuna:ſed in his quę agit per ſeipſum:⁊ ex electione. Talia ergo ſunt proficua ad laudandū:⁊ per ea erit augmentatio exclamatiui negocij. Addit autem:ꝙ acta oportet credi:quia raro ſunt demonſtrationes horum actorū:ſi ſint incredibilia ipſa acta:quia raro contingit:ꝙ alius habeat cauſam ad probandam huiuſ acta ⁊ huiuſ opera:ſed ſupponit ea:⁊ ex eorū ſuppoſitione laudat tanq̄ȝ agenteȝ virtuoſe ⁊ ex electione. ¶ Deīnde cum dicit.

¶ In concionatiuis auteȝ quomodo non erūt dubitabit vtiqȝ quis:aut quomodo erit quidē qđ precipit̄:ſed nō vt iuſta:aut nō ꝓficua: aut non tanta. Oportet autem itēdere:ſi quis mētitur ex tāto negocio:argumēta enīȝ ad hoc videntur ex aliorum ꝙ mentitur.

¶ Oſtendit quomodo talia comparantur ad negociū concionatiuū dicens ꝙ ſi talia:de quibus pōt eſſe lis:comparantur ad negocium concionatiuum:hoc eſt inquantum ſunt proficua:⁊ reſpiciunt tempus pręſens.ideo ait:ꝙ i cōcionatiuis dubitabit aliquis:quomodo erūt proficua:aut ſuppleri:quomodo erit proficuum qđ pręcipitur. Sȝ verum res:quę pręcipitur:ſit iuſta:vel non iuſta:talis dubitatio ⁊ litigatio:vel non eſt proficua:⁊ eſt oīno impertinēs ad negocium deliberatiuum. Uel ſi ſpectat ad eum:nō tantuȝ pertinet ad ipſum dubitare de iuſto:ſicut de conferente:quia in deliberatione principalr̃ intēditur conferens. Addit autem:ꝙ oportet intendere:ſi quis mentiat̄ ex tanto negocio:quanto conſulit. Argumēta aūt ad hoc cognoſcēdum videntur ſumi ex alijs negocijs:quia ſi aliquis conſiliator mentitur in negocijs aliorū:ſignum eſt ꝙ mentiatur in noſtro. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sunt autem exempla quidem magis cōcionalia: enthimemata autem magis iudicialia. Hec quidem enim circa futurū:quia ex factis neceſſe exemplum dicere. Hec autem de entibus:aut non entibus:cuius magis demōſtratio ē:⁊ neceſſitas:hȝ enī qđ factū ē neceſſitatē.

¶ Oſtendit quomodo politica comparantur ad ea:de quibus eſt perſuaſio:in parte iſta intendit oſtendere quomō huiuſ negocia perſuaſionibus vtuntur. Et tria facit:quia primo oſtendit quomodo vtitur perſuaſionibus negociū iudiciale. Secundo quomodo concionale. Tertio quō exclamatiuum. Secunda ibi.(Concionari autē difficili⁹.) Tertia ibi.(In exclamatiuis auteȝ oportet.) Circa ṗmū duo facit:quia primo oſtendit iudiciale negocium principaliter vti enthimematibus. Secūdo hoc oſtenſo declarat:quomodo debeat enthimematib⁹ vti. Scđa ibi.(Nō oportet autem.) Dicit ergo:ꝙ exempla ſunt concionalia. Enthimemata autē magis ſunt iudicialia. Subdit auteȝ dictorum cauſaȝ:ꝙ hęc.ſcȝ concionalia:ſunt circa futurū ⁊ quia de futuris ꝯfecta iudicamus:neceſſe eſt dicere exēplū de factis:vt per ea concionator arguat de futuris.ideo exempla magis ſunt cōcionalia. Sȝ hęc.ſ.iudicialia ſunt de pręteritis entibus:vel de non entibus:cuius eſt demōſtratio:⁊ neceſſitas:quia quod factū eſt habȝ neceſſitatē. ideo ad talia poſſum⁹ arguere per enthimemata neceſſaria. Eſt ergo intentio huius partis:ꝙ iudiciale negociū ṗncipaliter vtitur enthimematibus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Non oportet autem continue dicere enthimemata:ſed intermiſceri. Si auteȝ non:offendūt inuicē:eſt enī ⁊ quātī terminus ſui amicus:qm̄ tot dixiſti quot vtiqȝ ſapiēs vir:ſȝ nō talia.

¶ Oſtendit quomodo iudiciale negocium enthimematibus vti debeat. Et duo facit:quia primo oſtendit quomodo debeat vti enthimematib⁹. Scđo quō debeat vti alijs perſuaſionibus.ibi.(Et qn̄ paſſionē feceris.) Circa ṗmū duo facit ſm̄ ꝙ dupl'r nos docet quō enthimematibus ſit vtendū. Scđa ibi.(Et de omnibus.) Ad euidentiā auteȝ primę partis notandū:ꝙ quęlibȝ narratio:⁊ quodlibȝ dictum dubiuȝ ſuaȝ probationē habere poteſt. Dupl'r ergo poteſt quis ordinare perſuaſiones:vno modo:ꝙ prio narrat omnia dicta probanda:⁊ poſtea per ſe ponit ꝓbationes.⁊ enthimemata oīuȝ dictorū. Uel poteſt ordinari ꝯſequum:vt intermiſceant̄ narrationes enthimematibus. ita ꝙ cuilibȝ narrationi ſit ānexū enthimema. Primus modus reprobatur. Scđus laudatur. Sicut ergo in negocio exclamatiuo:vt dicebat̄ in caplo de enarratione:non ſunt continuandę narrationes:ſed actionibus ennarratis ſunt intermiſcendę laudes:quę ex actionibus probant̄:ſic in iudicialibus non ſunt continuanda enthimemata:ſed ſunt ibi intermiſcendę laudes. vt cuilibet narrationi ſit annexum propriū enthimema. Ideo ait:ꝙ nō oportet cōtinue dicere enthimemata:ſed oportȝ ea miſceri proprijs narrationibus. Quia ſi intermiſceant̄ inuicē offendunt.vnū enim impedit perſuaſionem alterius:⁊ ſicut obſeruādus eſt ordo permixtionis:vt ordinent̄ ordine:quo debent:ita obſeruandus eſt terminus quātī:vt fiant tot enthimemata:quot debent:⁊ iſte terminus debȝ eſſe amicus ſui negocij:⁊ debēt eſſe talia enthimemata:qualia requirit ſuum negocium.i.negociuȝ iudiciale. vnus enī amic⁹ dȝ eſſe talis qualem alius requirit. Si eniȝ dicta enthimemata ordinarem⁹ vt debem⁹:⁊ tot quot debemus:⁊ non dicam⁹ talia qualia debemus:non bene facimus:ſic eniȝ increpatus fuit quidam:quia dixerat tot quot ſapiens vir dixiſſet:ſed non dixerat talia. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et non de omnibus enthimemata quęrere. Si autem non facies:ꝙ quidam philoſophātium faciūt:ꝙ ſyllogiȝant notiora ⁊ credibiliora q̄ȝ ex quibus dicunt.

¶ Dat ſecundū documentū.vȝ.ꝙ non de omnibus debemus quęrere enthimemata:ꝙ ſi non ſeruamus hoc documentum:ſed volumus omnia probare:faciemus ſicut faciunt quidam philoſophantiū:qđ ſyllogiȝāt notiora ⁊ credibiliora q̄ȝ ex quibus dicunt.i.ex quibus arguunt. Si enī omnia probarentur:principia probarent̄. Sed cum talia

non habeant notiora:probaret̃ magis notum per minus notum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et quando paſſionē fecerís nō dicas enthimema: aut enim expellit paſſionem:aut fruſtra dictum erit enthimema:expellunt eni motus inuicem:qui ſimiliter ſe exterminãt:aut debiles faciunt.

¶ Oſtendit quomodo alijs perſuaſibilibus ſit vtendum. Perſuaſio aut eſt triplex. vna ꝑncipalis ⁊ ex parte negocij:⁊ hęc per enthimemata. Alia ex parte auditoris:⁊ hęc eſt per paſſiones. Alia ex parte dicentis. ⁊ hęc eſt per mores:expedita illa perſuaſione:quę eſt per enthimemata: oſtendit quō in iudicio perſuadēdū ſit per paſſiōes ⁊ mores. Ideo duo facit:quia primo oſtēdit quō perſuadendū ſit per paſſiones. Scd̕o quō ꝑ mores. Scd̕a ibi. (Neq̃ qñ moralē.) Dicit ergo ꝙ quādo paſſionē feceris.i.quādo ꝑſuaſiſti ꝑ paſſionē:nō dicas enthi^{ma}:q2 enthi^{ma} expellit paſſionem:aut fruſtra erit dictum enthimema. Duci eniz ratiōe ⁊ enthimemate opponitur ei:qđ eſt duci paſſione. Et quia motus cōtrarij ſimul facti vel ſe expellunt:vel ſe debilitant. ideo ſubdit:ꝙ huiuſ motus:qui ſimul fiunt:ſe inuicē expellunt:vel ſimplr̃ ſe exterminãt:vel ſe expellunt aliquo modo:⁊ cū ſe debiles faciunt. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Neq̃ quando moralem ſermonē non opꝫ enthimematizare ſimul. Non enim habet morem:neq̃ electionem demonſtratio.

